T

Statutum

1590

STATV

I

Adì 6. Giugno 1720 - in M. Gabb.

Donna Maria del quondam Ottavio Giulietti si sposò con Andrè Ribscino di Carnaiola e le sposò il Sig.re Pievano Caravaggi in Assenza del medemo il Padre fra Carlo di Città della Pieve di Stanza in quel tempo alla Scarzola ita est per ordine del Sig.r Pievano sud.to lo Cap.n Vincentio Honelli V. Pod. e Zio della sud.a Sposa ma[illegible]

Adì 26 di Giugo 1720

Venne in visita il Sig.r Vicario di Mon.r Sig.re Vescovo di Orvieto et in d.o Giorno prese il possesso Pievano Sestilio mio figlio [illegible] per ordine di M.r Sig.r Vescovo d'Cura della Pieve, e glielo diede il Sig.r Priore Don Giò Spera di M. Leone

Ita est Vinc.o Honelli V.P.

Adì 12 Giugno 1737

Memoria, cioè sotto d.o dì in Ore 19 nel Campanile della Chiesa Parocchiale di questa Terra di M.te Gabbione dal Cielo Cascò un fulmine, è amazzò dentro d.o Campanile il figlio di M.ro Felippo Angeli chiamato Cecco d'Anni 20; Giulio figlio di Franc.co d'Anni 16; Atenazio d'Anni 13, figlio di Mario di Mattia; Giuseppe d'Anni 9 figlio d'Apolonio di Franc.co; dico morti fu d.o N.o 4 Antime Antinte ancor esso fu offeso da d.o fulmine è Cascato quasi morto che solo quando che respirava [illegible] e fu portato al Aria aperta. Il che fu ordinato dal Sig.re Priore [illegible] Bonaventura Pied. e [illegible] la Dio Grazia ricovrò con salute.

Così è Io Innocenzo Paoletti Podestà.

II

Statuto del Castello di Monte Gabbione

Petrus Caravaggius Potestas Castris Monti
in tertio semestro anno Domino 1681

Anno 1682 1683 1684 1688 16[illegible]

Rimbottus Rimbottis V. Potestas Castri
Gabbionis 1692

J. M. Joseph

Capit. Vincentius de Novellis [illegible] de Monte [illegible]
servivit. Anni quinque pro Vice Potestas
Gabionis 1699: 1703: 1704: 1705: 1706. [illegible]
Ego supra scriptus [illegible] in [illegible] 1711 [illegible]
[illegible] Domno Ioannes Baptista Barni de Lodi [illegible]
Civitatis Urbis Veteris eius Anno 1710, e 1711
Raymundus de Battaglini [illegible] S. Laurentii Montis [illegible]
Diocesis et [illegible] Montis Gabionis [illegible] de [illegible]

In M. Gabione

Adi 29 di Giug[no] 1717 fu l'indulgentia plena
[illegible] in forma Jubilei e sposò la figlia del [illegible]
Vincentio Faina dalle Pedate [illegible]
Gio: di Toro che si [illegible]
[illegible] li sposò [illegible]
Caravaggi [illegible]
di [illegible] habita[illegible] in Gabione [illegible]

III

giorno hò scritto il presente ricordo perche ne vero fue-
sente nella Chiesa Parrocchiale, e mi Comunicai
indegnamente alla sua Messa con esso Lavorita
e S.to Lui e la Domenica Andassimo a Maremma
con Thomasso Corneli a Toscanella a fare messere li
Grani del S.r Lozzi nel Campo d. Riposo et altri

Memoria come la Casa della Chiesa Parrocchiale di M. Gattione gode l'immu-
nità ecclesiastica che mi fu pigliato Carlo di Sante prigione da Gioseppe
d.o il Riccio da M. Leone, et Giorgio da Parrano, et Ignatio Piz-
zuti pure di Parrano, e perche era Luogo immune fu rimenato
nel istesso Luogo dal Bargello et un altro sbirro di Orvieto, e sciol-
to dentro la Cantina di d.a Casa della Chiesa il dì 4 Luglio 1717.
in Giorno di Domenica e Consegn.o al Sig.r Piovano Don Ottavio
Caravaggi di M. Gattione presente due testimonij, e me Vin.o
Novelli di M. Leone V. Pod.a ita est, e fu rimand.o d'ordine
dell'Em.o Vescovo di Orvieto il Cardinal Nuzzi nel Governo di
M. Sig.r Lodovico Anguisciola Piacentino, e Cancelliere delli
Ill.mi Sig.ri Spochetti e Magistretti.

In Nomine Domini Amen

Ego Hieronimus Santarelli Pretor Vias Terre Montis Gattionis
Anno Domini 1739 et 1740, et 1741

Paulus

IV

Hic est liber AAAAAAAAAAA

BBBBBBB

Hic est liber statutorum castri m. Cabrioni

AA BBBB

Hic liber est

D. Paulus Accecinus civis V. V. et V. S. castri Cabrionis

Anni 1633

et Antonius Brancatius in d. anno 1633 potestas d. Castri in secundo bimestre principalis autem eius est Erasmus Spadinius de Rotacastello civis ... Urbe ...

V

Ego Franciscus Mariotij Civis urbevetanus et V.s Mag.ce Comitis Montis Gabbionis anno Domini 1637

Ego Franc.s Coccap.s Civis Matinus V.s Mag.ce Comitis Montis Gabbionis Anno Domini 1649 et 1650 in p.o semestre

Jo Flavione Malanotte de M.te Gab.e V. P. Anno 1653

Silvius Cerarellus V Potestas Anno 1663

Io Pietro Caravaggi V. Potestas Anno 1670

Pietro Caravaggi V Potestas Anno 1676

Ego Antonius Canonius V. Potestas

Capitaneus Vittorius de [illegible]
[illegible] potestas [illegible]

Memoria come nel di 24 Aprile 1742 verso le Ore Quindeci et un Quarto fu una Scossa di terremoto che durò lo spazio di un Quarto d'Ora

Petrus Caravaggij 18 d[ecem]bris anno 1647 VI

Admodum Mag[nifi]cus D.

Franciscus Scrivitor Criui ... 1647 ... Conti novi

Collegij

Ego Antonius ... Ad memoria gratiosissima ...

Franc[iscu]s Riccinus V. Pot[esta]s Cr[emonae] M[aes]tris Gabrielis

~~Lucas Rizzia alias Bianchetto~~ diminut...

Ignatius Merrilius V. Potes Crispus ...

Riccinus Franciscus ...

Jeronimus ... V. Pt[esta]s ...

Gio Antonius Brancatius ...

Mag[nifi]cus Franciscus Riccinus V. Potestas ...

Brancatius ... Antonius de Belnea ... gio
fuit V. Potestas in secundo ...
anni 1633

Ego

ANTONIUS BRANCATIUS
Vice Potestas 1638 ...

VII

In Dei Nomine Amen. Anno Domini 1639

Hoc pres volumen habebit [illegible] Gabbionis [illegible]
et [illegible] Correctores [illegible] anno
1639 [illegible] in [illegible] et [illegible]



Ego Angelus [illegible] nob. [illegible] [illegible]
[illegible] anno 1639 [illegible]
[illegible] depositum [illegible]

In Dei Nomine Amen. Die 10 mensis Maij 1641

[illegible] Gabbionis [illegible]
[illegible] et [illegible] uno [illegible]
[illegible] in [illegible] anno [illegible]
[illegible]

Ego [illegible] [illegible]
[illegible] pub. [illegible]

[illegible] montis [illegible] montis

[illegible] maij [illegible]

Iesus Maria Ioseph.
Adì 12: Febbraro In Orvieto
Io sotto scritto hebbi la Patente di Vice Potestà
di Monte Gabbine dall'Ill.mo, e Reverend.mo
Mon. Sig.r Giovanni Batista Barni Patrizio
di Lodi Governator della Città di Orvieto
per l'Anno 1711- et c.-- — —
Io. Capitano Vincentio Novelli di Mont Leone
hò scritto Mano p.a

Io sud.o fui confermato potestà dall'Ill.mi
Sig.ri Mag.ri di Orvieto et c.

Anno 1742 fuit Potestas Montis Gabbionis et M.tis Leonis
Dominicus Simatti Romanus Nos.lius
Idem die 17 Augusti d. anni 1742. fuit etiam electus
Potestas Terræ Ficullis =
Anno 1743 = Idem Dom.cus Simatti fuit electus Rector
Montis Gabbionis, Montis Leonis, et Ficullis =
Anno 1748 fuit Potestas M.tis Gabbionis Hieronimus Sandro[illegible]
Anno 1749 Idem fuit Electus =

IX

Io sotto scritto fui confermato V.P. di questo Luogo dal Ill.mo Sig.r Magistrato di Orvieto per l'Anno 1716 in luogo del Ill.mo Sig.r Filippo Avidicion... con sua patente spedita ... Vin.o Novelli Capp.o di M. Leone, e Vice Pod.a di M. Gab.

Io sud.o fui confermato V.P. di d.o Luogo per la Venerabil Cappella del Ill.mo Sig.r Magistrato d'Orvieto per l'anno 1717.

Vin.o N. V.P. sud.o

Io sud.o Vincentio Novelli fui confermato per V.P. dal Sig.r Mag.o per l'Anno 1718 -

Vinc.o Novelli V.P. sud.o ...

Io sud.o fui confermato di Secondo per V.P. del Anno 1719 per mod. provisionis dell'Ill.mo Sig.r Gouernatore di Orvieto

Vin.o Novelli V.P.

Io sud.o fui confermato per V.P. dal Sig.r Mag.o anzi da Sig.e Cam.o Sanuita di Santo Andrea di Orvieto per l'anno 1720 -

Adi 10 Jennaro 1735: Fu spedita la Patente di V.P. degsia di M.e Gobbione a Me Innocenzo Paoletti @. 1: Xembre 1735: Mi fu spedita la patente come sopra per tutto l'Anno 1736:

Adi 7 Giugno 1740 = Il Notaro Dom.co Cimatti Romano abitante in Monte Leone fu dess.o Patente con Lettera dell'Ill.mo Magistrato Padrone in data dei 4 corr.te

IN. DEI. NOĪE. AMĒ

Statuta, et ordinamenta Comunitatis Castri Montiscabionis Comitatus Mcę Civitatis Urbisveteris, correcta, et emendata per providos viros mag.^{ros} Roccum q. Marij de Reis, Isidorum q. Francisci, Severinum q. Anselmi de Rimbottis, Colam q. Cenci, et Pompilium q. Nardi omnes de dicto castro electos et nominatos Correctores, emendatores, et Statutarios dictorum Statutorum per Generale Consilium dicti castri, Tempore Preture Mag.^{ci} Domini Alexandri Guidonij, Civis Urbevetani extracti ex Bussolo eiusdem Mcę Civitatis, et Ser Michelotti Tonelli Notarij publici Urbevetani eiusdem Mag.^{ci} Dni Alexandri substituti, ad dictę preturę officium, nec non Consiliariatus Gentileschi q. Ceni, Michaelisangeli q. Horestij et Joannis q. Anibalis de Reis, et per me Livium Bucafoggiem de Urbevet.^{o} rescripta, et copiata, et ad dicta Statuta, et Ordinamenta rescribenda et copianda electum, et deputatum per Generale Consilium dicti castri Tempore Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris et D. N. D. PP. divina providentia Sixti Quinti

A dì 23 Giugno 1790

Per ord.e di me Giacomo Pierinelli Pod.à furno
fatti li banchi due e Bardino nell'ultima accusa
negli alberi tagliati nelle macchie della
Comunità fatto dall'accordo del Sig.r Gio.ni Scargiati
per memoria

INCIPIT LIBER PRIMVS

De electione Consiliariorum Consilij dicti castri

Consiliarij communis Montiscabionis sint, et esse debeant qua-
tuor boni viri nati in dicto castro vel eius districtu, et solve-
rint datia omnia, et collectas, et fecerint omnes factiones communis
et extrahantur de bussulo pendo per Consilium dicti castri, vel
per homines ad id deputatos vel deputandos V. In Kalendis
mensis Januarij, et in Kal. mensis Junij ita quod eorum officium
duret sex mensibus ut dictum est successivè. Et si quis de nu-
mero dictorum Consiliariorum morte defecerit, quod alij Consi-
liarij habeant autoritatem notandi unum ex consanguineis
et propinquioribus in gradu eius defuncti, ut cum quatuor ex-
pleat. Qui consiliarij ut de dicto bussulo exeunt, et quilibet ip-
sorum extrahantur, et debeant in principio eorum officij iurare
ad Sancta Dei Evangelia scripturis corporaliter manu tactis
venire ad Consilium toties quoties fuerint requisiti per Potestatem
et dare melius consilium quod noverint pro communi super proposita
seu propositis in dicto Consilio lecta, vel lectis et declarationibus, et
dicta ipsorum in melius non revocare, et nihil consulere extra
propositam, et tenere ordinationem cum eis imposita fuerit ea pena
in statuto contentam. Et quicumque non venerit ad Consilium et
in predictis fuerit negligens solvat qualibet vice quinque solidos
denariorum. Qui consiliarij ut ut supra extracti Potestati seu
dicto renuntiare non possint sed penitus iurare cogantur, et

teneantur, et debeant in principio eorum officij iurare duos bonos et expertos uiros pro quolibet qui uocentur adiuncti cum quibus aliquando habeant colloquium de factis comunis, et quod durante eorum officio debeant omnia iura comunis conseruare, et semper stare uigilantes ad statum, et pacem comunis Ciuitatis Vrbisueteris, et Ciuium eadem, et ad utilitatem pacificum et tranquillum uiuere hominum, et personarum dicti castri et quod sine licentia Potestatis non possint quoquomodo Consilium facere congregare, non congregari facere, nec in co proponere aliquam rem quod ueniret contra statum, et utilitatem Ciuitatis Vrbisueteris, et comunis dicti castri.

De electione, et officio Camerarij Comunis

Camerarius comunis Montiscabionis extrahatur ex bussulo ut dictum est de Consiliarijs officium cuius duret sex mensibus et non plus qui Camerarius teneatur, et debeat in principio sui officij iurare ad sancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis scripturis eius officium bene, et legaliter facere, et sollicite operare banna penas, et salaria, et omnes introitus, et peruentus comunis colligere pro comuni, et ipsos pro comuni saluare, et guardare expensas comuni occurrentes soluere habere debentibus de pecunijs uel hauere dicti comunis cum causa legitima secundum formam Statutorum, et ordinamentorum dicti comunis, et nulla expensam in libro

sue remicti facere nisi prima solutio facta fuerit, pena centu solidorum den. Teneaturq dictus camerarius eius finito offitio integre reddere rationem successoriq suo dare, et assignare infra tres dies omnes denarios pignora, et quicquid haberet de bonis comunis ad penam predictam. Et nihilominus dictã pecuniam, et res remictere teneatur. Et quicquid extorsisset aut retinuisset uel recepisset, a specialibus personis restituere summarie compellatur. Non possitq dictus Camerarius expendere de pecunijs dicti comunis sine expressa licentia suorum Consiliariorum ad penam predictam, et si quid expenderet preter formam predictam intelligatur de suo proprio expendisse. Qui non dictum officium acceptare uoluerit soluat nomine pene quatraginta solidos den. habeatq dictus Camerarius pro suo salario sex mensium uiginti baiocchos, et quod plus petere non possit.

De electione, et officio Baiuli Comunis

Baiulores comunis eligantur per Consiliarios dicti castri in principio eorum officij qui teneatur promictere, et iurare facere citationes relationes executiones precepta, et quicquid circa eis commissum impositum, et necessarium erit, et in exercitio offitij pro comuni Montiscabionis, et specialium personarum, et eorum cuiuslibet, et ei uel eorum relationi, et dicto stetur, et credatur tam in ciuilibus causis, q criminalibus, et habeat pro suo salario

citatione, et quolibet citato sex den: in ciuilibus causis ad
relationem preualibus persone ab illo qui citari fecerit in Mon-
te cabione extra dictum castrum duos solidos pro quolibet
miliare pro qualibet tenuta duos solidos ad instantiam cuiusque
libet persone a uiginti solidis supra. Non permittatur accipi in
cruentam pannos lini, nec arma. Teneaturque omnia pignora
per eum, uel eos accepta statim assignare camerario co-
munis pena decem solidorum pro quolibet pignore, nisi fu-
erit ad instantiam tertie persone quem teneatur assignare
principalis. de suo uel eorum uero salario stetur arbitrio
consiliariorum. Teneaturque in principio sui officij iurare
ad sancta Dei Euangelia corporaliter manu tactis scripturis
recte exercere officium sine aliqua fraude, et bona fide
debeat etiam obedire omnibus mandatis, et preceptis Po-
testatis et quotidie bis in die videlicet de mane, et de sero ad mi-
nus ire, et se representare coram ipso Potestate ad uidendum
si uult aliquid sibi mandare, et si contrafecerit soluat no-
mine pene quinque solidos pro qualibet uice, et computetur
de eius salario.

De electione, et officio partitorum et examinatorum comunis et refectorum dotium mulierum

Extimatores, partitores, et prouisorum dannorum datorum
eligantur per Consiliarios dicti comunis in principio.

eorum officij, et sint, et esse debeant quatuor boni uiri de dicto
castro quorum officium duret sex mensibus, qui quatuor ne-
electi sint partitores bonorum, et rerum omnium comunium
intus, et extra castrum, et tam inter consanguineos et affines
q(uam) etiam inter alios habentes res comunes extimare damna data
et debeant habere pro quolibet termino quem miserint inter
consortes et speciales personas duodecim denarios — quando
ipsi, uel aliquis ipsorum pro predictis terminationibus fien-
dis habeant pro quolibet, et quolibet miliare duos solidos
den: Et quod nemo possit nec teneatur emendare aliquod
damnum nisi extimatum fuerit per comsortes predictos
nisi per Potestatem in eorum absentia alicui, uel aliquibus
commissum fuerit, sint etiam refectores dotium, et augumenti
dotis mulierum, et extimatores in solutum datores, et adiudi-
catores bonorum, et rerum uerum, et actionum pro refectione
dotium, et augumentorum dotium mulierum tam in dando
restituendo, et assignando q(uam) etiam in recipiendo, et teneantur
uidere res extimandas, et secum habere de uicinis, et notis rei
estimande et cum eis habere colloquium, et declarationem
eiusdem rei, et de ualore ipsius, et ab eis corporale recipere iu-
ramentum de ipsa re bene, et legaliter extimandi sint termi-
natores uiarum comunis, et uicinalium intus, et extra et te-
neantur uinculo iuramenti ad petitionem cuiuslibet et etiam

ipsorum proprio motu videre, et terminare vias, et stratas ubicunq. paterentur defectum facere aptari per illos quibus tangit, et cui vel quibus per ipsos vel per aliquem ipsorum mandatum fuerit et non fecerit id quod sibi mandatum fuerit soluat nomine pene decem solidos sine aliqua diminutione. Et Potestas de predictis teneatur de facto facere executionem. Et quid per eos vel duos ex eis secundum formam presentis capituli in aliquo casu predictorum, et quod ad eorum spectat officium secundum gestum, et operatum fuerit valeat, et teneat pleno iure ac si factum esset per omnes, et nil possit obici vel opponi contra. Potestas dicti castri teneatur, et debeat ipsorum quemlibet in eorum officio fauere, et gesta per eos aut duos ex eis inuiolabiliter obseruari facere officiales q. supradicti, et quilibet ipsorum in eorum officio et circa eorum officium in quolibet casuum predictorum, ex premissorum habeant plenam baliam, potestatem, iurisditionem et arbitrium videndi, cognoscendi, præcipiendi, stimandi, et omnia et singula faciendi ut veri iudices competentes facere possunt.

De pena non acceptantis officium

Quicunq. electus vel de bussulo extractus aut uocatus fuerit ad aliquod officium comunis nolunt acceptare, si fuerit Consiliarius vel Camerarius soluere teneatur, et debeat quatraginta solidos sine aliqua diminutione, et de facto, et pena soluta non cogatur officium acceptare et alium extrahatur. Alii uero

officiales cuiuscumque conditionis existant si noluerit acceptare dictum officium soluat et soluere teneatur nomine pene uiginti solidos den: de facto, et sine aliqua diminutione: Quos den: Potestas dicti castri uinculo iuramenti teneatur statim facta renunciatione eos, et cum solui facere cum effectu, et statim eligi faciat alium ad officium predictum, et talis renuncians uero esse [illegible] ad dictum officium eligi inde ad duos annos proximos futuros.

De pena non uenientis ad Consilium

Quicumque fuerit uocatus per balitorem, seu nuncium comunis aut uoce preconia ut ueniat ad consilium, et non uenerit in termino sibi assignato, et hora debita uidelicet ante quam fiat Potestas requisitionem soluat nomine pene quinque solidos den: nisi talis non ueniens habuerit legitimam causam quod stetur discretioni et arbitrio Potestatis, et Consiliariorum que pena soluatur de facto et sine diminutione.

De laboratoribus bonorum nolentium soluere datia de eorum bonis

Si quis habuerit terram uineam, uel aliquam aliam possessionem in pertinentiis seu destrictu dicti castri, et de ipsis rebus noluerit soluere datium ei impositum per comune dicti castri laborator dictarum terrarum, et rerum teneatur debeat [illegible] tradere fructus, et terraticum quos receperit ex dictis terris et rebus Camerario comunis pro dicto comuni recipiendo [illegible] impositio pro comune, et Camerario comunis retineat [illegible]

5v

dictos fructus, et terraticum pro dicto datio persoluendo, et si in predictis dictus Camerarius erit negligens in non requirendo prez dicto de suo proprio soluere teneatur. Et nihillominus si dicti laboratores non soluerint, et dictos fructus non assignauerunt ut supra dictum est de eorum proprio soluere teneantur. Et Potestas dicti castri uinculo iuramenti teneatur ad omnem requisitionem dicti Camerarij contra dictos laboratores et bona illorum talium facere executionem realem, et personalem. Et nihillominus si dicti laboratores in aliquo predictorum contrauenerint cadant in pena uiginti solidorum sine aliqua diminutione.

Quod habitantes in destrictu Montis cabionis teneatur facere omnes factiones.

Cuicumque de dicto castro uult aliquid dicere uel arrengare in Consilio dicti castri debeat ire ad dicendum, et ad rengandum ad dicitorium, et ad renglam commetam, aut deputatam uel deputandam per Potestatem pena quinque solidorum pro quolibet et qualibet uice. Et nihillominus quod dixerit uel adrengauerit non ualeat quoquomodo nec potestas dictum illius scribere teneatur. Addicentes quod nemo consulet uel arrengabit extra prepositam predicta pena.

Quod habitantes in destrictu Montis cabionis teneantur facere omnes factiones et omnes sortes. Alij eorum familia teneatur facere tamen communis separatim.

Omnes, et singule persone habitantes in dicto castro, et eius

destrictu aliquas possessiones teneatur, et debeant facere servitia comunis in faciendo muros, et omnia servitia dicti castri et potestas dicti comunis teneatur, et debeat dictas tales personas cogere ad faciendum fieri servitia predicta et eorum bona et qui talia servitia facere denegaverit solvere teneatur pro quolibet, et qualibet vice decem solidos den: et nihillominus talia servitia facere teneatur sortitus vero a familia sua Ita quod cum dicta sua familia non stet ad unum panem, et ad unum vinum teneatur et debeat omnes factiones comunis facere separatim.

Quod omne opus Comunis, vel venditiones antequam dentur bannizantur octo diebus

Si quis aliquid opus, et res comunis dicti castri vult ad fictum vel ad conttimum vel emere debeat per bannum comunis octo diebus ante banniri, et plus offerenti detur, et deliberetur, et non aliter et si contra predicta facta fuerit talis deliberatio sit nulla, et nullius efficacie.

Quod nulla persona vendat aliquam possessionem alicui forensi

Nulla persona castri Montis cabionis possit vendere alicui forensi aliquam possessionem domum, vel casalenum quod vel que sint intus dictum castrum in muros vel extra sine licentia Potestatis et Consiliariorum dicti castri pena decem ducatorum

[illegible] salario Consiliariorum

Camerarius comunis teneatur, et debeat consiliariis dicti castri

6v

in fine eorum officij de pecunia, et hauere dicti comunis pro eorum salario sex mensium soldos decem pro quolibet, et unam libram Piperis inter omnes ipsorum quatuor.

Quod Potestas provideatur per comune quando ivit pro facto comunis

Potestas dicti castri habeat, et habere debeat de hauere dicti comunis pro quolibet die quo iverit, et steterit in servitium comunis extra territorium dicti castri ultra suum salarium solidos quinquaginta

Quod partita mittantur ad bussolas, et palluctas in quo le Cons. et parlam.

Nullum partitum valeat nisi fuerit diebus solis ad palluctas, et unusquisque consiliarius mittat ambas manus in bussolis ad penam quinque solidorum pro quolibet. – Quod ordinamenta facta per Consiliarios veteres non possint revocari per novos –

Statuimus, et ordinamus quod quicquid factum fuerit, et ordinatum per Consiliarios dicti comunis per alios consiliares sequentes revocari non possit nisi fuerint simul consiliarij novi, et veteres

De salario Ambasciatorum comunis –

Item Statuimus, et ordinamus quod quicunque fuerit ad Urbem veterem pro facto comunis de mense Junij, Julij, et Augusti habeat et habere debeat a comuni predicto solidos viginti pro suo salario et mercede quolibet die quo steterit pro facto comunis, et non plus alijs vero temporibus habeat a dicto comuni pro eodem salario et labore solidos den: decem pro quolibet die quo steterit pro facto comunis, et non plus excepto Potestate qui omni tempore habeat

pro suo salario quando iret pro facto comunis solidos quinquaginta.

De pena recipientis pecuniam Communis

Ut pecunia comunis non fraudetur Statuimus quod Potestas dicti castri omnes denarios pervenientes comuni aliquo modo vel causa accipiat nec recipi faciat nisi per Camerarium comunis pena quinque librarum denariorum vice qualibet, et quolibet contra= faciente nullaque persona audeat denarios ad comune pervenientes dare alicui pena dictorum solidorum.

Quod quolibet anno fiat unus Cereus in festo Sancte Marie de mense Augusti

Ad honorem, et reverentiam gloriosissime Virginis Marie Sta= tuimus, et ordinamus quod quolibet anno in festivitate Sancte Marie de mense Augusti a Camerario dicti comunis ematur unus cereus cere valoris quinque librarum denariorum, et quod potestas, et consiliarij offerant dictum Cereum ad altare cum luminaribus in manu

INCIPIT LIBER SECVNDVS Causarum civilium

De ordine procedendi in causis civilibus

Statuimus, et ordinamus quod Potestas dicti castri quolibet die non
feriato de mane usq ad tertias teneatur stare ad bancum iuris
causarum Civilium, et ius reddere, et iustitiam ministrare om-
nibus, et singulis coram eo, ius sibi petentibus fieri, et committere
citationes, et bannimenta prout sibi videbitur convenire, et in cau-
sis civilibus procedere, et eas terminare secundum formam Statuto-
rum dicti castri, et omnia et singula gerere, et facere circa predicta
que ad dictum officium causarum Civilium spectant, et pertinent
de iure, et secundum formam Statutorum, et bona consuetudine dicti
castri.

Quod Potestas dicti castri quolibet die teneatur Petentibus ius reddere

Debitor citatus per balitorem communis semel personaliter aut duabus
vicibus domi sue solite habitationis, et diversis diebus una die pro alia
sequenti ad petitionem sui creditoris quod sibi de iure veniat respon-
surus super petitione quacumq seu libello si mane non comparuerit
citatus usq ad horam tertiam qua hora transacta ad petitionem cre-
ditoris pronunctietur tenuta in bonis debitoris primo mobilium, se-
cundo immobilium, tertio nominum debitorum pro quantitate debiti
vel rei petite vel extimationis eiusdem rei tunc fiende iuramento
creditoris vel alterius persone arbitrio potestatis, et pro expensis
legitimis contumacia debitoris per ipsum creditorem prius declarata

et corporali prestito iuramento quod petita per eum non animo ca- 82
lumnie petit solvereque primo in dicta contumacia dicto Potestati quar-
tremo uno, et uno quarto pro libra qualibet quantitatis vel extimationis
rei petite, et hoc intelligatur ultra duorum solidorum pro petitione
scribenda per ipsum Potestatem salvo iure tertij, et aliorum absen-
tium, et ad ipsam tenutam dandam dictus Potestas baliteram dicti
comunis faciat executionem, quam tenutam teneat creditor si fuerit
viginti solidos, et ab inde infra aut extimationis ipsius quantitatis
et fuerit res mobilis octo diebus a viginti solidis denariorum supra
vel extimationis ipsius quantitatis quindecim diebus, si vero fu-
erit res inmobilis uno mense, quibus terminis elapsis citetur reus
quod veniat collecturus tenutam. quam si non recolligeret infra
duos dies post citationem, et contumacie accusationem banniatur
tribus vicibus diversis diebus ante portam palatij, et in platea dicti
comunis, et plus offerenti deliberetur, et talis deliberatio sic facta
valeat et teneat ipso iure, si vero venderetur plus quantitate
debita, extractis expensis legitimis illud plus reo restituatur
s3. si non sufficeret tenuta predicta iterum regravetur, et statim
vendatur sine alijs solennitatibus. liceat tamen tali debitori
sive reo recolligere dictam tenutam modo predicto venditam
infra unum mensem post dictam venditionem factam iure
creditoris per actorem predictum pro eadem quantitate, qua
venderetur tali offerenti, si vero non reciperet dictam tenuta

8v

emere vellet teneatur Potestas ipsam tenutam facere extimare
et dicto creditori aprobari per duos homines per Potestatem eli-
gendos et auctoritatem ipsius Potestatis interponere, et contra
talem processum sic ordinatum, et factum nil per aliquem possit
obici vel opponi, et talis tenuta sic deliberata libere sit creditoris
vel illius, qui ipsam emerit et de ipsa habeatur verus dominus
et possessor. Salvo iure habentium potiora iura. Si vero compa-
ruerit reus infra terminum recolligende tenute comparuerit
tenutam revocari et vocetur satisfactis primo ab eo expensis
legitimis, et prestita cautione si fuerit suspectus de iudicio sisti
et iudicatum solvendo alias quoquo modo audiatur, Si vero
citatus comparuerit in termino recepto primo ab eo iuramēto
et interrogetur, si petita sibi ab actore facere teneatur in totum
vel in partem, et de omni eo quod confessus fuerit condem-
netur quod infra terminum sibi statim per Potestatem sol-
vat [illegible], et faciat vel observet actori, Si vero quantitas vel
extimatio rei esset a quatraginta solidis supra infra decem
dies, et si infra dictum terminum non solverit, vel non satis-
fecerit ut dictum est procedatur ad dationem tenute, et ad
omnia contra ipsum reum ut supra continetur, aut ipsum
capiendum personaliter, si tenuta de bonis suis non reperi-
retur, facta tamen primo et ante dictam pronunciationem
extimationem, et adiudicationem tenute predicte, fide

9r

per actorem de debito petito uel re petita per publicum in=
strumentum uel legitimum dictum testium fide dignorum corã
dicto Potestate, aliter nisi per actorem probatum fuerit ut dictũ
est nulla tenuta ex secundo decreto dari extimari adiudicari
et apropriari possit per extimatorem, et curiam tali actori pe=
tenti, et ad capturam alicuius procedi. Si uero reus negauerit
totam uel partem petitionis detur ei terminus quinq dierum
ad probandum, et plus arbitrio Potestatis facta primo litis con=
testatione, et iuramentum calumnie, ab utraq parte prestito
et tunc dictum salarium ab actore persoluatur. In citatio=
nibus autem fiendis de aliquibus ad petitionem aliquorum ad
uidendum productionem, et receptionem exceptionum replica=
tionem articulorum, et ad respondendum positionibus, et articulis
et alijs actibus similibus concurrentibus predictis sufficiat una
citatio personaliter uel domi facta una die pro altera sequenti
Citationes uero fiende ad petitionem actoris ad respondendum
libello, siue petitioni cuiuscunq fiat, et fieri faciat prout supra
in principio presentis capituli dictum extat. Si quis uero
uoluerit agere uel aliquid petere contra heredes alicuius de=
functi faciat citari ex commissione dicti Potestatis ipsos here=
des ad fenestras uel ad hostium palatij, et ad domum habita=
tionis ubi habitabat talis defunctus per balitorem comunis
publicum, et alta uoce hoc modo PP. talis facit citari, et requiri

Heredes talis defuncti, et per libere rendere uel eos defendere
quod infra quinque dies proximos futuros compareant in iudicio
coram dicto Potestate responsuri de iure tali, que citatio fiat
bis in dicto termino ut dictum est, quibus terminis elapsis pro-
cedatur contra eos tamquam contumaces ad dationem tenute, et ad
alia secundum formam predicti Statuti, quicquid autem fac-
tum fuerit contra formam presentis capituli in quolibet casu in
presenti capitulo contento non valeat, nec teneat ipso iure.

De pronunciationibus et citationibus tenute, et contra facientis aliquem citari, et non comparentis

Cuicumque fecerit aliquem citari, et non venerit petiturus ali-
quid citato, aut si venerit, et non petierit solvat citato venienti
et licentiato rendenti si petierit duos solidos den. qualibet vice
et scripturarum expensis pro quibus Potestas dicti castri sibi fa-
ciat dare pignus.

De solutione executionis per condemnatum qui debitum non solverit

Condemnatus debitor qui debitum non solverit inter termi-
num sibi assignatum, solvat, et solvere teneatur Potestati pro
eius executione duodecim denarios pro qualibet libra, et
si inter terminum solverit, nullam executionem solvere te-
neatur. Si vero super petitione in scriptis uel sine seu libello
in scriptis dato parti negaretur petita per actorem, uel lis
contestaretur, tunc salarium sex denariorum pro qualibet

libra persoluatur tempore litis contestationis uel responcionis predicte, quod locum habeat in causis ordinarys quam etiã summarys, et alijs quibuscunq, uel quod actum fuerit in causa non ualeat ipso iure. Quod iuramento actoris in ciuilibus causis credatur usq ad decem solidos

Actoris iuramento credatur usq ad summam decem solidorum si maior non fuerit quantitas petita, et actor teneatur bone fame et litigantes sint Montiscabionenses, si uero actor uel reus uellet petere alios decem solidos, neuter ipsorum audiatur usq ad octo dies nisi probationem alteram contra alterum ostenderet se habere de quantitate uiginti solidorum, et ab inde infra si maior quantitas non peteretur sufficiat probatio unius testis sũmarie recepti.

De sequestrationibus fiendis

Sequestratio fiat ad petitionem cuiuslibet petentis iurantis debitorem suum esse suspectum, et non possidere bona mobilia et immobilia in dicto castro, uel eius districtu tot quot sufficiat ad satisfactionem debiti, et si reperiretur debitorem possideat bona immobilia in Montecabione uel eius districtu statim sequestratio reuocetur, Et si ille qui contra quem sequestratio est uellet dare idoneum fideiussorem de parendo iuri, et de iudicio sisti et iudicatum soluendo, reuocetur sequestratio fideiussore dato Si uero sequestratio inter quinq dies non reuocaretur actor in

tenuta creditori pro quantitate debiti, et pro expensis, facta primo fide de debito per publicum instrumentum, uel per testes idoneos summarie receptos, et recepto salario secundum formam statutorum et procedatur, et contineatur in primo capitulo de datione tenute, nullaque sequestratio fieri possit contra Montescabionenses ad petitionem forensis, et si fieret sit nulla ipso iure.

De electa danda uel recipienda

Illi cui in iudicio electa datur iuridica, et comunis, ipsum capere teneatur, et secundum electam Potestas diffiniat summarie et si capere nollet habeatur pro confesso de quantitate petita et ut contemnis condemnetur.

De libellis oblatione

Libellus detur ab actore reo si petitio fuerit expensis actoris de petitione uiginti quinque librarum, uel rei ualentis quantitatem predictam, et ab inde supra quantacumque sit quantitas pecunie siue rei aut rerum, et ab inde infra uero detur libellus neque petitio si peteretur, sed summarie procedatur, et oblato libello continenti quantitate uiginti quinque librarum, uel rei ualentis dictam quantitatem, et ab inde supra, ut dictum est, detur terminus reo quinque dierum ad respondendum libello infra quem terminum si reus non responderit actori requiratur reus ad petitionem actoris quod infra secundum diem compareat coram potestate ad audiendum, et uidendum pronuntiari tenute fiende per dictum

Potestatem pro quantitate contenta in libello dicto termino elapso actori detur tenuta de bonis rei pro quantitate petita, et pro expensis facta prima fide de debito petito per publicum instrumentum uel per testes idoneos, et fide dignos summarie receptos soluto salario secundum formam statutorum, et procedatur ut supra in capitulo de datione tenute continetur, que tenuta reuocari non possit nec aliquis haberi recursus nisi creditori fuerit integre satisfactum de omni eo quod in libello siue petitione continetur, et in quolibet libello sufficiat exspecificare simpliciter causam siue actionis directione Si uero reus infra supradictum terminum declaratum comparuerit et libello seu petitioni responderit audiatur per Potestatem, et eius responsio admittatur, et in causa procedatur, ut iuris fuerit.

Conueniatur principalis prius q. fideiussor.

Principalis prius q. fideiussor conueniatur, si bona principalis aut ipse personaliter reperiretur, et sub foro Montiscabioris conueniri possit aliter creditori liceat agere contra quemcumque et ille habeatur fideiussor, qui appareret in instrumento uel per idoneos testes ut fideiussor obligatus, uel qui haberet instrumentum recognitionis debiti, uel instrumentum conseruationis indemnitatis licet appareret unusquisque ipsorum in solidum obligatus, uel qui probauerit fideiussorem esse uel fuisse saltem per duos testes summarie recipiendos per potestatem dicti castri non obstante quod appareret principaliter, et in solidum obligatus, et ad petitionem fideiu=

ponis aut habentis instrumentum recognitionis debiti uel instru-
mentum conseruationis indemnitatis, uel probantis per testes ut dic-
tum est summarie capiatur et detineatur principalis ad soluen-
dum creditori debitum, et ad conseruandum ipsum fideiussorem
a debito cum quo cum ipso iuramento appareret obligatus Et
predicta locum habeat tam in ciuilibus q criminalibus, et dannis
datis Potestasq teneatur predicta omnia, et singula inuiolabiliter
obseruare ad penam quinq librarum.

Quod detemptus pro uno debito non possit detineri pro alio

Montiscabionensis debitor ad petitionem alterius Montiscabionensis
condemnatus aut quod tenuta de bonis non reperiretur possit
pro omni debito personaliter capi et detineri dieq noctuq, Cui-
cunq uero esset detentus pro aliquo delicto aut alia quacunq ca-
usa non possit recommendari, nec detineri pro aliqua alia per-
sona aliqua causa dum detemptus manet, nec possit illo, et
eodem die, nullusq capi possit pro aliquo debito in Ecclesia, nec
in domo sue solite habitationis, nec in diebus Paschalibus, et si
caperetur non teneat captura, et statim debeat relaxari.

Minor uiginti annis, et filius familias ullo iure modo, iure,
uel causa obligari possit

Minor uiginti annis patre carens nullatenus sine licentia tutoris
uel curatoris, uel trium proximiorum consanguineorum ipsius,
nec filius familias sine paterno consensu se alicui aliquo modo

iure uel causa obligare possit nisi publice appareret se esse legitimus administrator. Et aliter ipsorum aliquis obligatus reperiretur. Ipso iure obligatio sit nulla non obstante iuramento nec aliquo iure saluo etiam, et excepto quod si talis minor uiginti annis patre carens, ac etiam talis filius familias essent minores sexdecim annis si fuerint artifices, siue filius moraretur cum patre, siue non contrahendo uel contractando, seu trafficando de mercantijs in uendendo et emendo, et omnia alia faciendo in arte sua in quibuscunque rebus nobilibus tantum, ac etiam in laboritio, et causa laboritij cum conductoribus, et alijs quibuscunque cum quibus mercaretur, uel aliquid facerent causis mercantiis habeantur ut patres familias et maiores, et omnia facta per eos ualeant, et teneant tanquam facta maiorum predictorumque locum habeant ad futura Potestas iuramento teneatur omnes obligationes, atque contractus factos, et factas per aliquem minorem uel filium familias preter modum supradictum facere cassari ad petitionem patris, tutoris, et curatoris, aut matris uel trium proximiorum consanguineorum, et predicta omnia fiant summarie sine petitione, et libello die feriato aliquo non obstante.

Constringantur summarie promissores rei uel pretij

Promissores rei, uel pretij causa adiutorij uel seruicij personalis teneantur soluere intra tres dies tali ipsum adiuuanti, si talis adiuuans petierit eidem quod si non soluerint constringantur de

12v

facto ad premissa seruanda ac etiam cibi, et potius causa. et pre=
dicta fiant summarie, et expresse sine strepitu, et figura iudicij
die feriato aliquo non obstante. Qualiter instrumenta publica
sine laudo et precepta executioni mandantur

Cum aliquis debitor legitime sine presens, sive absens fuerit eius con=
tumacia cora debita accusata uiso publico debiti instrumento ad
petitionem debitoris personaliter capiatur uel de bonis suis in
tenutam mittatur pro quantitate dicti debiti, et expensarum
ad petitam dicti creditoris per potestatem dicti castri uel balito=
rem. nec relaxetur donec dicto creditori de dicto debito fuerit
integraliter satisfactum, saluo quod talis reus captus possit
opponere certas exceptiones uel alteram ex eis contra dictum in=
strumentum quam, seu quas infra octo dies probare teneatur a
die termini sibi dati quas si non probauerit soluat nomine pene
uiginti solidos den: excepto quod si opposuerit exceptionem
falsitatis, et non probauerit infra dictum terminum soluat no=
mine pene decem libras denariorum de facto, et sine aliqua diminu=
tione, uolumus tamen quod contra publica instrumenta nulla
exceptio possit opponi nisi falsitas prescripta, et pacti habente
inter partes quod non contineantur in instrumento. Addicientes
et statuentes quod quicquid dictum est de executionibus pu=
blicorum instrumentorum, idem dicitur de sententijs et condamna=
mentis, preceptis, laudis, et arbitramentis liquidis, seu liqui=

dantis, ac etiam testamentis, et alijs ultimis uoluntatibus coram dicto Potestate in publicam formam producetis.

De petitione Consilij sapientis

Si quis diceret se fore grauatum ab aliqua sententia uel condemnatione, uel ab aliquo quocunq actu, uel processu, precepto uel ab alio grauamine quocunq, et qualitercunq inique, uel iniuste tam in ciuilibus causis q criminalibus, et damnis datis, et alijs quibuscunq actibus, et nollet appellare infra quinq dies post latam sententiam uel super quocunq processu, precepto uel ab alio actu quocunq sententia uel grauamine Et predicta intelligantur a decem libris supra in damnis datis tantum Quicunq peteret consilium sapientis super predictis uel aliquo predictorum et ut supra teneatur Potestas tale consilium dare, et reddere expensis petentis, Quicunq autem petierit consilium sapientis in Ciuilibus causis idem Potestas teneatur ipsum concedere expensis utriusq partis Et post apertúram consilij uictum uictori expensas statim integraliter persoluantur primo facto concorditer punctus questionis et dubij, et secundum ipsius Sapientis consilium ita debeat obseruari, Quo petito consilio dictus Potestas nullatenus procedat et si procedet non ualeat quod actum fuerit post consilium petitum, Volumus tamen quod si petens consilium non deposuerit salarium tam consultoris q etiam pro mercede scripturarum, et actorum quam etiam nuncij protestantis punctum

dicte questionis infra duos dies a die petitionis dicti consilij quod a dicto termino in antea habeatur pro non petito, et potestas possit in dicta causa procedere ut primitus poterat ante petitionem consilij supradicti. Salarium autem consultoris, et sumptus declaretur per ipsum Potestatem pro ut sibi videbitur convenire.

Quod mulier dotata non succedat in bonis dotantis, et habens filios non possit alicui de dote sua concedere nisi filijs pro rata.

Mulier dotata vel dotanda, a patre, matre, fratre, vel fratribus, vel avo paterno, vel materno, zio, vel nepote vel alio quocunque dotante, non possit ipsa mulier dotata, nec descendentes ex ea, revertì nec succedere, nec aliquid petere, vel habere in hereditate, vel hereditatem, vel successionem predictorum vel alicuius eorum dotantium, vel descendentium ab eisdem vel aliquo eorum per lineam masculinam quousque supervixerit aliquis masculus de predictis. Nullaque mulier possit alicui aliquo modo, titulo iure, vel causa de dote sua dare vel concedere nisi filijs vel filiabus equali portione tantum, et si daret non valeat ipso iure, possit tamen moderate relinquere pro anima sua ad rationem decem pro centinario secundum formam iuris. Si qua vero mulier decesserit sine filijs legitimis, et naturalibus ex ea, et marito suo legitime natis marito superviuente lucretur maritus tertiam partem dotis, si quatenus matrimonium sit inter maritum, et uxorem carnali copula consumatum, et secundum ritum Romanę ecclesię aliter nil lucretur.

De ferijs, et dilationibus

Jus non reddatur in ciuilibus causis diebus dominicis, et Pascalibus, nec in festiuitatibus Virginis Mariæ, et Sanctorum Apostolorum Petri, et Pauli, et aliorum Apostolorum, nec in festiuitate Sanctæ Mariæ Madalenæ, diebus ueneris de mense Martij, nec in festiuitatibus quæ reguardantur in dicto castro, nec a festo Sancti Joannis de mense Junij usque ad diem festi assumptionis Beatæ Mariæ Virginis de mense Augusti, et tempore uendemmiarum, a festo Sanctæ Crucis de mense septembris usque quo dictæ uendemmie factæ erint, nisi de operibus estatis, et uendemmiarum, et aliarum operarum, et dependentibus fructuum debentium a laboratoribus de terris acceptis, et conductis, et de blado prestito, et in causis pupillorum, et alijs causis, a iure permissis, et si contra fieret non ualeat ullo iure in criminalibus uero causis Potestas dicti castri quolibet tempore possit, et debeat cognoscere procedere, et ipsas causas modo debito terminare non obstantibus ferijs quibuscunque tam ad honorem Dei et Sanctorum eius quam in alijs.

De compromissis fiendis

Statuimus, et ordinamus quod quicunque haberet lix, aut quamcunque aliqua lix uerteretur inter consanguineos, uel affines usque in tertium gradum coram Potestate dicti castri, quod statim Potestas teneatur, et debeat uinculo iuramenti ad pena in quinque librarum den: facta petitione, et litis contestatione, et testium

14v

examinatione talis consanguineus litigantes ad petitionem cuiusque
ipsorum petentis personaliter cogere ad tales lites, et questiones qua-
cunque de causa inter ipsos vertentes dummodo non sit clara, compro-
mictendum in arbitros, uel arbitratores aut in arbitrum prout
partibus placebit, et gradus consanguinitatis intelligantur se-
cundum ius canonicum ita quod fratres cosini in ipso gradu
consanguinitatis intelligantur penitus concludantur. Si uero
lix uel questio siue causa fuerit clara Potestas teneatur ipsam
diffinire, et de iure terminare debito fine Si uero lis uel questio
aliqua uerteretur coram dicto Potestate inter aliquas quas-
cunque personas cuiuscunque conditionis, et status existant quali-
cunque de ubi non apparent publicum instrumentum sententia la-
tum: uel preceptum, que causa per sententia non diffiniretur, aut
diffinita non fuerit infra duos menses a die petitionis facte per
actorem, uel actores tam eorum proprio nomine q nomine alicuius
uel aliquorum, quod dicto termino elapso dictus Potestas in Civi-
libus causis quibuscunque, teneatur, et debeat uinculo iuramenti ad
penam predictam cogere partes ad compromictendum in arbitros
tamen, siue in arbitros, et arbitratores prout eisdem uidebitur con-
uenire. Et si dicte partes uel aliqua earum recusaret facere com-
promissum talis recusans non audiatur, et potestas statim facto
compromisso uel ante ad sui libitum faciat soluere dicto recusanti
solidos den: uiginti sine aliqua diminutione, et omnino teneatur

ipsas partes cogere a deo permictendum, et arbitros, seu arbitratores
dictus Potestas teneatur cogere ad acceptandum dictum com-
promissum quod si noluerit acceptare solvat nomine penę vi-
ginti solidos, et ulterius ad acceptandum nemine cogi possit,
si allegatur alius loco sui. Qui arbitri siue arbitratores unus vel
plures teneantur, et debeant laudasse inter partes de contentis
in compromisso infra triginta dies post compromissum factum, ad
penam viginti solidorum pro quolibet quam eidem, vel eisdem
Potestas dicti castri auferat de facto, et sine aliqua diminutione
Et nihil ominus compromissum sit nullum. Salvo si terminus pro-
rogaretur de partium voluntate. Qui arbitri seu arbitratores tunc
non teneantur ad penam salvo etiam quod si arbitri vel arbitra-
tores mandaverint partibus deponi salarium aliquod pro sa-
pientis Consilio habendo, et aliis causis occurrentibus, et evenien-
tibus in arbitrantibus, et causis supradictis, et per partes vel ip-
sarum aliquam staret, quod sapientis Consilium haberi non
possit, ac etiam omnia alia occurrentia in causa, vel causis su-
pradictis, ob defectum partis, siue partium causa depositionis
salarii, vel aliquo defectu ipsarum, vel alicuius earum quod
tunc arbitri seu arbitratores non teneantur ad penam, sed
potius dicte partes vel ipsarum aliqua pro qua staret ipso facto
penam supradictam incurrat. Laudoque et arbitramento omni
dando, et ferendo per eos siue tunc lato, et dato per eos parere

15v

dicte partes, et contra dictum laudum, et arbitramentum nil posse obici, vel opponi; sed potius valeat, et teneat pleno iure. non possint dicte partes, vel aliqua ipsarum, laudum, sententiam, nec arbitramentum, aliquid provocare, nec ab eisdem nullatenus appellare, nec petere quod revocatur ad arbitrium boni viri, et si secus fieret per aliquam partium predictarum, quod talis provocatio appellatio nec aliquis actus contra predicta lauda sententias arbitramenta, ac diffinitiones, non valeat nec teneat ipso iure. Et si dicti arbitri, vel arbitratores circa laudanda, arbitranda diffinienda, terminanda, et decidenda, et alia facienda in causa seu causis eis commissis non concordarentur ad invicem quod possint et eis liceat eligere quendam bonum virum, et fidum in tertium, et si dicti arbitri, vel arbitratores ad invicem non concordarentur quod tunc Potestas eisdem dare, et eligere tertium teneatur.

De prescriptione rerum mobilium, et inmobilium

Si quis bona fide iusto titulo, et suo nomine habuerit, tenuerit, et possiderit pacifice, et quiete rem inmobilem tempore decem annorum computato tempore suo, et suorum auctorem sive processorum nulla persona possit talem possessorem aliquo modo iure, vel causa molestare nec aliquid petere super tali re, et agere volens contra talem possessorem non audiatur, si vero possiderit rem mobilem spatio quatuor annorum computato tempore suo, et suorum autorum sive precessorum pacifice, et iusto titulo nulla lix sibi moveri -

poniit, et predicta non uendicent minoribus uiginti annis, nec mulieribus pro earum dotibus, uel augumento dotium, et absentes petant debitum eorum, uel rem eis debendam, uel alicui ipsorum, quocunque modo iure, uel causa, siue titulo infra uiginti annos, et si inter dictum tempus uiginti annorum, non petierit, uel elapso dicto termino nullatenus audiatur. sed potius omnis iuris actio sit extincta si uero aliquam rem inmobilem habuerit, tenuerit, et possiderit tempore, et per tempus uiginti annorum pacifice, et quiete quod dicto tempore elapso nulla lix tali possessori atque molestia ab aliquo moueri possit, et siquis contra talem possessorem aliquid peteret non audiatur. sed potius talis possessor ipsius rei habeatur uerus dominus et possessor, non obstante quod talis possessor de ipsius rei titulo non doceret, uel non obstenderet. ponet, et predicta omnia, et singula locum habeat in unoquoque casuum predictorum, et cuiuslibet ipsorum, in presentibus preteritis, et futuris, uolumus tamen quod presens statutum contra minores locum non habeant quoquo modo, sed secundum formam iuris communis in ipsis causis procedatur.

Quod forensibus reddatur illud ius quod redditur Montiscabionensibus in illo tali loco.

Forensibus fiat, et obseruetur illud ius in castro Montiscabionis in ciuilibus causis, et criminalibus, quod fieret, et obseruaretur Montiscabionensibus in loco uel foro illius qui peteret sibi ius fieri de aliquo Montecabionense. teneatur quod talis forensis

16r

satisdare idonea cautione si peteretur, et diceretur per Montecalbi-
nensem nolle talem forensem reconuenire, aliter talis forensis non
audiatur hoc tamen excepto quod in contractibus, et mercantiis
factis in dicto castro per forensem, per Potestatem dicti castri sum-
marie procedatur tam pro ipso q contra ipsum diebus feriatis, et non
feriatis sine aliqua petitione solummodo ueritate inspecta non
obstantibus supradictis.

Quod Potestas teneatur puberibus sacramentum facere rationem.

Puberibus, et adultis potestas teneatur iuramento expressam facere
rationem dummodo iurent de non reuocando in posterum que facta
fuerint ratione minoris etatis. Siquis autem contra eos exceptione
aliquam opposuerit, postea non audiatur, et eorum acta ualeant
tamq acta maiorum. De districta precipienda condemnato

ad petitionem creditoris.

Condemnatus ad petitionem sui creditoris per Potestatem dicti
comunis teneatur uenire ad districtam in palatio dicti comu-
nis, infra quinq dies post preceptum sibi factum per balitorem
comunis mandato Potestatis ad petitionem actoris. Potestasq
teneatur ad petitionem actoris precipere districtam predictam
cuilibet debitori condemnato, et si non uenerit infra dictum
terminum soluat quolibet die quo steterit quinq solidos, et
nihilominus cogatur personaliter, et detineatur in carceris ad
uoluntatem creditoris. De prescriptione rerum.

Si quis tacuerit tempore viginti annorum, et debitum non petierit non audiatur, et petendi actio transacto dicto tempore sit extincta. Minoribus autem viginti quinque annis, et mulieribus pro earum dotibus et augmentis dotium, nec absentibus non indicet prescriptio narrata.

Constringantur heredes ad legata soluenda.

Heredes fidei commissarij, debitores, laboratores, pensionarij, et possessores bonorum defuncti realiter, et personaliter sine strepitu, et figura iudicij, die feriato aliquo non obstante constringantur ad petitionem legatariorum ad legata soluendum, et precipue ad legata ad pias causas infra duos menses, post preceptum factum per Potestatem, inquantum aliquis terminum non fuisset institutus a defuncto.

Stans in communione teneatur communicare fratribus, et alijs cum eo in communione existentibus.

Si quis habens fratrem, aut nepotem, et dum simul in comuni habitaret acquisierit aliquam rem teneatur ipsam comunicare fratri, et nepoti nisi talis acquisitor probaret ipsam rem fore acquisitam de proprijs suis bonis, aut alia legitima causa. Si uero fratres sorores nepotes siue neptes cum alijs fratribus, sororibus nepotibus, et quelibet alie persone, mares, et femine in quocunque gradu existant siue extiterent habitauerint seorsum, et separatim per se, et habuerint siue habuissent bona comunia paterna, uel materna uel alia quocunque iure uel causa tempore, et per tempus quinque annorum non possint, nec debeant aliquo modo, iure, titulo, uel causa ad diuisionem alie-

17v

aliquorum bonorum devenire vel divisionem aut partem bonorum petere dicto tempore elapso. Et siquis vel siqua post dictum tempus quinq annorum peteret diceret, vel assignaret aliquam divisioné fieri vel partem sibi dari nullatenus audiatur, et predicta locum habeant ad preterita presentia, et futura, salvo quod predicta locum non habeant in absentes vel minores.

De bestijs datis in socitam:

Siquis daret vel acciperet aliquam bestiam, seu bestias in socitam pro aliquo tempore, talis dans, vel accipiens non possit talem socitam infringere vel rumpere, et bestiam, vel bestias datas in socitam, vel acceptas auferre vel reddere ante tempus completum socitę nisi de partium voluntate ad penam vigintiquinq librarum cuius pena medietas sit dominorum, et alia medietas sit partis observantis.

De bestijs acceptis vel conductis ad victuram

Statutarij supradicti ordinaverunt, et statuerunt quod quicunq acceperit, vel conduxerit sub commodato ad victuram vel gratuitu ab aliqua persona aliquam bestiam teneatur. et debeat ipsam bestiam reddere, et consignare domino bestie liberam, et sine defectu pro ut eam habuerit, a domino talis bestie, et si talis bestia periret penes accipientem, vel conducenté teneatur ipsam bestiam emendare secundum extimationem fiendam tunc per extimatores comunis.

De pena trahentis aliquem de tenuta, uel possessione.

De tenuta, et possessione rei inmobilis, si quis aliquem extraxerit uel molestauerit soluat pene nomine uiginti quinque librarum denariorum, et de re mobili soluat centum solidos den: et reddat tenutam. Qui uero molestauerit aliquem in tenuta sibi data per curiam soluat uice qualibet quatraginta solidos den: et rem restituat.

De pena petentis debitum solutum.

Debitum solutum si quis petierit aut cessare facere refutationi debiti soluti soluat nomine pene duplum quantitatis debiti predicti, et nihillominus ad petitionem soluentis dictum petentem uel eius heredes de dicta solutione ad quietationem faciendam eidem donec fecerit idem Potestas cogere teneatur.

De non accipiendo aliquod pignus ab habente patrem.

Pignus aliquod ab aliquo habente patrem, et familiariter habitante cum patre dum pater uixerit in bono, et perfecto sensu nullus possit, nec debeat iure pignoris, uel titulo alicuius alienationis recipere, nec habere sine uoluntate, et consensu dicti sui patris, contrafaciens uero soluat nomine pene decem libras den: pro qualibet uice, et pignus seu rem alienatam uel pignoratam reddat, et restituat saluo quod hoc non habeat locum si pignus fuerit acceptus pro facto comunis.

De uenditionibus et alienationibus legitime factis inuiolabiliter obseruandis.

Si qua uenditio, uel alienatio facta esset, uel fieret in futurum alicui:

castellana, vel destrictuali dicti castri ab aliquo de dicto castro vel eius destrictu, de aliqua re mobili vel inmobili, venditor, vel alienator tene=atur, et debeat ipsam venditionem, seu alienationem plenarie obser=vare, et eidem contrahenti, vel emptori reficere omnes expensas quas, et quas dictus emptor vel contrahens, vel alius pro eo fecerit vel substinu=erit, si predicta venditio, vel alienatio a venditore seu contrahente non fuerit observata, dum modo predicta venditio, vel alienatio fuerit legitime facta additum huic capitulo, quod Potestas dicti comunis te=neatur vinculo iuramenti inquirere, et invenire omnes emptiones factas vel fiendas de rebus inmobilibus alicui castellano, vel destrictuali dicti castri ab aliqua persona non supposita comuni predicto, et ip=sas emptiones poni facere in catasto dicti emptoris, et hoc intelligatur de illis qui in dicto castro positi non essent.

De rebus comunibus dividendis, et claudendis

Domum comunem cum aliquo suo consorte quicumque haberet in dicto ca=stro, et eius destrictu, et consors vellet eam claudere, et tramezare, con=sors teneatur, et debeat ipsam claudere, et tramezare, secundum suam possibilitatem, et facultatem, et si de clusimine non essent concordes tunc divisores, et terminatores comunis debeant declarare dictam divisionem, et quod factum fuerit per eos observetur per partes ad penam viginti solidos den:

De illo qui acceperit mutuo pe=cuniam causa adiutorij prestandi

Quilibet accipiens mutuo pecuniam ab aliquo causa adiutorij prestandi

teneatur, et debeat adiutorium, et opus suum promissum dare, et
prestare conductori suo in tempore promisso ad requisitionem ipsius
conductoris quod si non fecerit, et infirmitate, uel alio iusto impe=
dimento non excusaretur. Potestas dicti castri cogat ipsum perso=
naliter sine dilatione in palatio comunis ad petitionem conductoris
prefati ad alterum de duobus quod maluerit locator operarum
suarum faciendum videlicet uel ad opus, et adiutorium prestandum, ut
promisit, uel ad restituendum conductori suo pecuniam mutuo ac=
ceptam ab eodem dicta de causa in duplum. Siquis uero promiserit de=
mane pro illo die uel sequenti alicui ire ad operam seu adiutorium ad
pretium, et non iuerit teneatur reficere dicto locatori pro suo damno,
et interesse quinque solidos den:

De pena laboratoris extrahentis bladum sine licentia domini.

Laborator terre alicuius Montiscabionensis uel habitantis in Montecabione
non extrahat bladum de campo sine licentia domini campi pena centum
sol: den: et teneatur laborator requirere dominum quod uadat pro
parte sua bladi que requisitio fieri debeat saltim coram duobus testi=
bus, et si non iret non possit propterea sortiri bladum a se ipso sed
teneatur dominum prestolari per duos dies, infra quos si non iret
tunc liceat laboratori elapsis dictis duobus diebus bladum sor=
tiri coram duobus testibus, et partem suam accipere, et partem
domini dimictere, et aliter bladum sortiri non possit sine dictorum
testium presentia ad penam predictam. Teneaturque laborator

19v

laborare bona fide sine fraude, et congruo tempore, quod si non fecerit teneatur damnum emendare secundum extimationem duorum vicinorum loci, et quando terra esset maiese teneatur laborator ante semen dare quinque sulcos ad minus. Si vero voluerit terram recoltare, et cultum laborare teneatur laborator ipsam terram radere, et stiplam comburere seu patteumen, vel ipsam terram arare semel ad minus ante semen, et non possit laborator dare cultum alicui ad seminandum sine licentia domini pena centum sol: den: in utroque casuum predictorum, et ad restitutionem damnum, et interesse domino teneatur, et nihillominus laborator cultus teneatur ipsam terram recoltare, et laborare ut supra dictum est. Dominus vero non possit tollere cultum alicui suo laboratori nisi daret sibi decem sol: pro quolibet stario, et tunc liceat sibi cultum tollere, et pro se laborare, et retinere, et alteri dare sine pena, et si aliter tolleret solvat penam predictam. Si vero laborator noluerit terra recoltare teneatur ipsum cultum domino renuntiare quindecim diebus ante finem mensis Augusti, et si non renumptiaret teneatur, et debeat ipsum cultum laborare ut supra dictum est, et si renumptiaverit cultum domino intelligatur esse renumptiatum cum omnibus fructibus arborum in dicta terra existentibus nisi alia pacta essent inter eos que inviolabiliter debeant observari Si vero laborator voluerit terram recoltare teneatur recolare

in totum, et etiam si laboraret plura petia terrarum, et recoltare
voluerit quod teneatur recoltare omnes terras, et in dictis ca=
sibus non possit recoltare pro parte, et pro parte non, et aliter
dictos cultos totaliter domino dimittere teneatur. Teneanturque
venditores, emptores, permutatores, et alienatores alicuius rei
aut plurium in qualibet alienatione rei reservare laboratori
iura laboritij, pensionis, vel fictus, que sibi aut eis nullo iure
tolli possint. Et si dictus venditor, permutator, aut alienator
alicuius rei date ad laboritium, pensionem, vel fictum, non re=
servaverit laboratori iura sua laboritij pensionis vel fictus
tempore venditionis, permutationis, vel alienationis cuius=
cunque rei, quod ex nunc talis venditor, vel alienator talis rei
locate teneatur conductori ad damnum, et interesse de suo
proprio tantum. Non possitque laborator pensionarius, vel
fictuarius aliqua ratione expelli de possessione per aliquem
contra voluntatem ipsius donec compleverit tempus suum
nullusque audeat partem fructuum contingentem laboratori
auferri sine licentia ipsius pena viginti quinque lib. den.
Omnesque laboratores qui conduxerint ab aliqua persona aliquod
podere seu terram ad laborandum non possit aliquo tempore labo=
ritij ipsum vel ipsam renumptiare sed potius laborare teneatur
ad penam centum solidorum den. et nihilominus teneatur
laborare terram. Quod dotes mulierum sint salve.

Dotes mulierum sint salue, et non possint nec debeant ab aliquo mole=
stari occasione alicuius malefitij commissi uel committendi per
aliquem eorum familie, sed eis assignetur de bonis eorum pro
quantitate dotium ipsarum secundum formam iuris, et predicta
non vendicent sibi locum in mulieribus committentibus aliquid
malefitium uel delictum ad cuius penam soluendam cogatur ma=
ritus pro eius uxore, pro dotibus ipsius uxoris.

Quod in causis dotium et alimentorum cibi, et potus, et mercan=
tiarum, et in alijs causis paruis que non requirunt altiorem
indaginem summarie procedatur.

In omnibus, et singulis causis dotium tam in petendo quam in recipiendo, et
etiam alimentorum cibi. et potus necnon mercantiarum que fierent
de terrigena in castro Montiscabionis uel alibi uel de forense ad
terrigenam ubicumque facte fuerint, uel que fierent de forense ad foren=
sem in dicto castro, et eius destrictu, et in alijs causis paruis que non
requirerent altiorem indaginem secundum formam iuris comunis Po=
testas dicti castri possit procedere summarie, et de plano sine strepitu
et figura iudicij, et sine aliqua petitione in scriptis porrigenda, at=
tamen quod scribatur talis petitio simpliciter in actis dicte curie
et terminos occurrentes breuiare, et ipsas causas diffinire solum=
modo ueritate inspecta prout sibi uidebitur conuenire quolibet
tempore die feriato aliquo non obstante.

INCIPIT. LIBER. TERTIUS de maleficijs

Quod Potestas teneatur reddere ius unicuiq postulanti super criminalibus contra omnibus.

Jus unicuiq postulanti tam super civilibus quam etiam super criminalibus contra omnibus Statuimus, et ordinamus quod Potestas dicti comunis teneatur, et debeat reddere atq ministrare in palatio comunis dicti castri, et ibi ferre sententias criminales absolutorias, et condemnatorias in consilio consiliariorum dicti castri, et debeat facere citari partes ad audiendum sententias personaliter vel ad domum habitationis ipsorum, vel ubi soliti sunt reddare, et si aliter fieret quod dictum sit talis condemnatio, et sententia non valeat ipso iure.

De citationibus, et ordine procedendi in Maleficijs

Accusatus vel inquisitus per curiam Montis sabionis occasione maleficij vel quasi delicti, vel quasi culpe, aut iniurie ex quo, vel quibus imponitur pena ex forma iuris aut alicuius capituli huius Statuti vel ordinamentorum dicti castri mandato dicti Potestatis citetur per balitorem dicti comunis, et eidem in continenti infra tres dies teneatur dictus Potestas mictere per balitorem comunis cedulam citationis in scriptis continentem tenorem totius eius de quo accusatus est vel inquisitum contra eum cum termino duorum dierum vidlicet assignando infra quem venire, et comparere debeat coram ipso ad dictum palatium ad respondendum dicte accuse, vel inquisitioni, et contentis in ea, et si ab ea non excusaverit seu respondiderit dicto termino

clapero per balitorem dicti comunis publice, et alta uoce ante porta palatij, et domum citati citetur, in qua uero citatione sic facta assignetur citato, termino trium dierum ad uidendum, et respondendum coram curia infra quem si non uenerit, et non respondiderit, et idonee non curauerint de pena soluenda habeatur pro confesso, et quieto de omnibus in accusa uel inquisitione contentis. Si uero accusatus uel inquisitus habitatione careret in dicto castro uel eius destrictu citetur in platea, et ante portam dicti palatij dicti castri publice, et alta uoce per balitorem dicti comunis modo supraniscripto [?] ḃ3. quod in dictis citationibus exprimatur per balitorem maleficium seu delictum, de quo accusatus uel inquisitus est, et eidem assignetur terminus quinq3 dierum infra quem debeat personaliter comparere, et se a maleficio excusare infra quem terminum si non uenerit, et se non excusauerit habeatur pro confesso, et conuicto de Maleficio, et delicto de quo accusatus uel inquisitus est. Si uero accusatus, uel inquisitus comparuerit post elapsum terminum ante sententiam latam, et uoluerit respondere, et curie, et camerario comunis cauere, et soluere uiginti solidos din: tunc eius responsio, et defensa recapiatur, et pro contumace non habeatur. In qualibet uero responsione facta assignetur accusato, uel inquisito terminus trium dierum ad defensam quam si non fecerit infra terminum condemnetur pena debita. In alijs maleficijs uero ex quibus sequeretur pena uiginti sol: et ab inde infra assignetur terminus ad defensam arbitrio Potestatis

Potestas vero teneatur anteq̄ ferat sententias contra aliquem delinque-
tem una die ante dationem, et prolationem sententiarum facere
citari per baiulitorem comunis personaliter, vel ad domum eorum de-
linquentium habitationem propriam vel conductam omnes quos con-
demnare voluerit pro ea die qua tulerit sententias quatenus veni-
ant ad audiendum sententiam, sive sententias contra eum vel eos
ferendam, vel ferendas, et peremptorie quę citatio unicuiq per se
non fieret ut dictum est sententia contra eum ferenda non valeat
aliquo iure, vel causa. Sed potius ipso iure sit nulla. Si quis vero
produceret articulos, et testes ad probationem sive defensionis, et
excusationis dictis Potestas teneatur ipsos articulos, et testes ad-
mictere, et contra tales testes per dictum Potestatem nulla fiat no-
vitas, vel detur impedimentum ob quod cessarent dicere nominates
et si contra fieret, non valeat processus ullo iure.

Quod quilibet maior duodecim annis possit accusare de iniuria
sibi illata per alterum.

Pupilli carentes patre filij familias, et quecunq alie persone maiores, duo-
decim annis possint accusare quoscunq tam mares q̄ feminas de omnibus
et singulis iniurijs eisdem illatis tam realibus q̄ personalibus, et in
iudicio interesse sine consensu tutorum curatorum patrum, et alio-
rum sub quorum potestate essent, et agere, et causari in causis crimina-
libus, et quicquid actum, et factum fuerit per eos valeat, et teneat pleno
iure non obstante, quod consensum predictorum non fuerit prestitum

salvo capitulo loquente de castigatione minorum sub rubrica casti-
gans minorem xiiij annis non teneatur ad penam quod Statutum
in singulis capitulis in eo expressis debeat inviolabiliter observari.

De pena non probantis accusam quam fecerit in maleficiis

Si quis aliquem accusaverit denumptiaverit, vel infamaverit de-
aliquo Maleficio, crimine delicto, vel excessu, et accusam, vel denuntia-
tiam, vel infamiam non probaverit infra decem dies a die excusatio-
nis facte de dicta accusa, vel denuntia, vel a die infamationis date
seu porrecte ad penam talionis teneatur. Et quod teneatur solvere
illam propriam penam quam solverit accusatus, seu denumptiatus
vel infamatus esset commictunt, et Potestas dicti castri ad penam
viginti quinq librarum dicto termino elapso talem diffamatorem, in
generali consilio debeat promulgare. Statuentes quod Potestas dicti
castri dum fuerit sibi porrecta accusatio vel denumptiatio de aliquo
maleficio, vel excessu preterquam in damnis datis teneatur recipere a
dicto tali accusatore, vel denumptiatore idoneos fideiussores de sol-
vendo penam predictam si accusam non probaverit in termino prelibato.

Quod Potestas teneatur diffinire omnes processus infra mensem salvo legitimo impedimento

Omnes, et singulas causas criminales teneatur, et debeat Potestas
dicti castri diffinire, et terminare infra unum mensem a die re-
ceptionis accuse vel inquisitionis per eum formate, et de omnibus
accusis, et inquisitionibus ferre sententias absolutorias, vel con-

demnatorias infra dictum terminum pena decem librarum dummo=
do quod pena delicti excedat quantitatem quatraginta sol: ab inde
vero infra possit, et valeat delinquentes punire sine aliqua scriptura
dummodo constet de malefitio, seu delicto per confessionem accusati
vel inquisiti, vel per legitimam attestationem testium fide dignorum
que sententie debeant fieri in Consilio dicti castri. Addicientes quod si
super accusationibus, vel inquisitionibus darentur testes ad defensam
et Potestas dicti castri fuerit occupatus negotijs dicti comunis, vel
fuerit aliqua iusta causa impeditus quod debeat proferre quecumque
infra duos menses ad penam predictam. Quod Potestas teneatur
dare copiam processuum accusatis, vel inquisitis.

Processus, et omnia acta maleficij in eius curia agitata teneatur, et debeat
Potestas dicti castri scribere in eius libro, et teneatur dictus Potestas
dare copiam dictis accusatis, vel inquisitis de omnibus actis, et ac-
titatis in causis predictis expensis dictorum accusatorum, vel-
inquisitorum, ad penam centum sol: den:, et nihilominus si
aliter fecerit, et dictam copiam exibere noluerit quod factum est
vel foret postea in premissis non valeat, nec teneat ipso iure.

Procedatur iterato contra absolutos ob defectum actorum.

Contra absolutos ob defectum actorum de aliquo malefitio nondum plenius
compositorum possit, et teneatur Potestas dicti castri rursus de ipso-
malefitio procedere, et omnem supplere defectum absolutione huiusmodi
non obstante pena eius quam absolutus solverit legitime condemnatis

cmet, quilibet uero futurus Potestas, et successor predicta facere te=
neatur ad dictam penam si per precessorem suum facta non fuerint.

De pena blasfemantis deum uel sancto.

Deum aut uirginem mariam eius matrem siquis blasfemauerit aut
ipsum uel ipsam maledixerit soluat uigintiquinq libras dena:
et eadem pena sit de illo qui percusserit cum aliquo genere armorū
uel re turpi immagine dei, aut uirginis marię, quam penam si talis
delinquens non soluerit infra decem dies, a die condemnationis de
eo fiende soluat predictam cum quarto pluri. Si uero dixerit contra
deum, uel eius matrem ad onta uel a dispetto, aut diceret per la potta
della Vergine Maria, uel alia uerba opprobriosa, et uituperosa di=
xerit soluat quatraginta solidos den: pro quolibet uerbo, et qualibet
uice. Si quis autem aliquem Sanctum, uel Sanctam Dei maledixerit
uel alicui Sanctorum, uel Sanctarum dixerit aliquod uerbum
turpe uel dituperosum aut fecerit ficcum uersus celum aut
aliquam picturam alicuius santi, uel sante, aut figuram alicuius
sancti, uel sancte percusserit soluat uice qualibet quindecī libras
dena: Si uero dixerit contra aliquem sanctum, uel sanctam ad
onta, a dispetto, aut per la potta soluat uice qualibet uiginti solidos
dena: Qui uero iurauerit per sanguinem uel corpus Christi Dei,
uel uirginis marie, aut per uentricello, aut similia uerba turpia
dixerit de Deo aut Virgine maria uel alicuius Sancti, uel Sancte
soluat uice qualibet quinq solidos dena: —

De verbis iniuriosis

Verba iniuriosa si quis alicui mulieri dixerit V3 puttana, ruffiana malciaca, briaca, soluat pro quolibet verbo, et qualibet vice decem libras den: si vero dixerit, si vero dixerit somaia, Stregaia rompiniata, vel his similia soluat quatraginta solidos den: sine diminutione et de facto, si vero dixerit latro traditore, assassino, becco, cornuto, aut his similia soluat pro quolibet verbo, et qualibet vice libras decem den: sine aliqua diminutione, et de facto Si vero aliquis remproperaret alicui aliquam iniuriam suis praecessoribus factam V3. tuo patre, o fratello fu impiccato, aut tua matre, figliuola, o sorella fu una puttana, aut his similia soluat pro quolibet verbo, et qualibet vice quinq libras den: sine diminutione et de facto.

De pena facientis insultum

Insultum quicunq fecerit contra aliquem cum armis ad domum vel in strata, vel in aliquo alio loco in Monte cabione vel eius districtu soluat nomine pene quindecim libras: den: et penam percussionem si percusserit. Si vero sine armis octo libras den: Insultus vero intelligatur quando quis irato animo iniuriose moveret se de loco ad locum per plures, et plures passus, et iret contra aliquem Qui vero insultatus fuerit cum armis possit se defendere et agressorem percutere cum moderamine inculpatae tutele.

De pena euaginanti arma et percutienti cum [illegible] baculo vel lapide

Si quis iniuriose extraxerit euaginaverit aut manu miserit ad ensem

contra aliquem soluat nomine pene si non percusserit quinque den.
libras si uero aliquis contra aliquem adminauerit iniuriose cum ali-
quo genere armorum lanceauerit, uel proiecerit, et non percusserit
soluat nomine pene decem libras den. Siquis uero aliquem manu
uacua percusserit a collo infra sine sanguine soluat pro qualibet
percussione quinque libras den. Si uero quis percusserit manu ua-
cua a collo supra sine sanguine soluat decem libras den. pro qua-
libet percussione decem libras den. Si uero percusserit cum dictis
armis a collo supra sine sanguinis effusione soluat quindecim li-
bras den. Siquis uero aliquem per capillos ceperit, et ipsum in
terram proiecerit si sanguis non exierit soluat nomine pene de-
cem libras denas Siquis autem aliquem impinxerit, et ipsum in terra
cadere fecerit, et sanguinis non exierit pro qualibet impensa sol-
uere teneatur octo libras den. Si quis autem birretum uel cappu-
tium alicui iniuriose eleuauerit de capite soluat nomine pene
uiginti solidos denariorum. Mulieres autem cuiuscunque etatis, ac
etiam minores quatuordecim annis, maiores uero decem annis inter
se rissantes, uel aliquid maleficium committentes media pena pu-
niantur in singulis capitulis presentis voluminis Statutorum, preterquam
in damnis datis, et preterquam in aliis casibus expressis in presenti volu-
mine Statuentes quod inceptor risse tam uerbo quam facto in singulis
capitulis supradictis.

Consanguinei inuicem percutientes non teneantur ad penam.

Consanguinei ex quacumque linea se attinentes usque in tertium gradum ad invicem aut unus alterum sine sanguinis effusione percu=tientes cum armis, sive sine armis levia crimina committentes media pena puniantur pro singulis capitulis predictis. Si vero inter eos commiserit gravia crimina vel offensas puniantur pena in Statuto contenta prout alij extranei puniantur.

Si vero maritus perculeret uxorem suam sine armis, et sine san=guinis effusione, ac etiam de verbis iniuriosis, et in alijs quibus=cumque non teneatur ad penam. Et hoc volumus intelligi in cri=minalibus gravibus ut supra dictum est, Si vero filij vel filie patrem vel matrem percuterent solvant vel patiantur unam de penis infrascriptis V3. quod aut solvant penam in Statuto con=tentam de maleficio commisso, aut morentur tribus mensibus in cippis, aut morentur per annum extra castrum Montiscabionis et eius districtu, et predicta intelligantur de filijs, et filiabus ha=bentibus quattuordecim annos, et ab inde supra.

De electione Sindici comunis, et eius officio.

Ad omnia scandala, et maleficia evitandum Statuimus, et ordi=namus quod in omni introitu novi Potestatis dicti castri, et in principio sui officij, et in termino quinque dierum post inchoationem dicti sui officij quod consiliarij qui in illo tempore erint teneantur, et debeant eligere, et vocare unum bonum, et idoneum homi=nem de dicto castro in sindicum dicti comunis ad penam decem

25r

solidorum dena: pro quolibet, et sine aliqua diminutione, et Po=
testas de predictis teneatur vinculo iuramenti facere expres=
sam executionem, et nihilominus teneatur ipsos cogere ad dic=
tum Sindicum eligendum quod officium duret sex mens: Qui
sindicus teneatur, et debeat in principio sui officij ire, et se per=
sonaliter presentare coram dominis Conservatoribus Civitatis
Urbinveteris. Teneaturq dictus sindicus omnia malefitia excess=
sa, et delicta que committerentur, et fierent in castro Montis=
cabionis eius pleberio, et districtu in termino trium dierum, a
die commissi malefitij excem, vel delicti dictis dominis Conserva=
toribus dicte civitatis Urbisveteris dicere, et denuntiare pune=
taliter, et si in predictis, vel aliquo predictorum ullam negligen=
tiam, vel defectum commiserit in non se presentando coram dictis
dominis Conservatoribus Pacis Urbisveteris antedictis, et in non
reportando, et denuntiando ut supra solvat, et solvere tene=
atur pro quolibet, et qualibet vice decem libras dena: sine ali=
qua diminutione, et de facto. Et quod de predictis omnibus teneatur
Potestas dicti castri expressam facere executionem.

De pena ferantis aratrum, sive iugum.

Aratrum iugum, vel gomeram alterius quicunq furatus fuerit
vel acceperit, et predicta non assignaverit, et non reposuerit, in
loco unde acceperit infra duos dies post acceptionem dictarum
rerum solvat nomine pene quinq libras dena: Si vero infra

dictum terminum assignauerit soluat nomine pene uiginti solidos denariorum, et nihilominus soluat damnum passo pro suo interesse decem solidos pro quolibet die quo retinuerit ipsas res sic furatas, uel acceptas.

De pena proiicientes lapides ad domum alterius

Lapidem ad domum, uel super domum, uel ad hostium alterius quicunque proiecerit soluat de nocte quinque libras dena: de die uero soluat quatraginta solidos dena:

De pena occidentis, seu uulnerantis alienas bestias

Cauallinam bouinam, Asininam, uel mulinam bestiam siquis occiderit contra uoluntatem domini soluat nomine pene quindecim libras dena: si uero studiose uulnerauerit soluat centum solidos dena: porcina, pecudina, uel caprina bestia siquis occiderit soluat centum solidos dena: Si uero uulnerauerit studiose soluat uiginti solidos. Anserem pullum, uel aliquod uolatile alterius si quis occiderit soluat decem solidos dena: liceat tamen cuilibet sine pena in re sua propria uel conducta occidere pullum sibi damnum dantem, et teneat assignare curie dicti castri de quo damno si receperit uel non. stetur iuramento petentis damnum. Et delinquens in predictis uel aliquo predictorum damnum patienti debeat emendare.

De pena prestantis auxilium consilium, seu fauorem

Prestans dans, seu concedens alicui malefactori aliquid malefitie

uel delictum committendum, et perpetrandum auxilium consilium
uel fauorem si dum tale delictum, uel maleficium committeret fu-
erit presens equali pena cum principali delinquenti debeat condemnari
Si uero non fuerit presens media pena puniatur.

De pena mariti non tractantis uxorem debito coniugali.

Maritus qui uxorem suam non tractauerit debito coniugali tene-
atur sibi restituere dotem dummodo uxor uelit honestam, et ca-
stam uitam seruare, et dotem marito reddere, cum ipse ipsam reti-
nere uoluerit, et decet debito coniugali.

De pena frangentis carceres.

Carcerem seu ceppos comunis nemo detentus occasione maleficij, de-
biti uel alia quacunque de causa in eis frangat rumpat, uel de eis exeat
qui contra fecerit soluat nomine pene uiginti quinque libras denariorum sine
aliqua diminutione, et de facto, qui uero tali rumpenti uel exeunti
ex eis prestiterit aliquid edificium, uel ingegnum, uel ferramenta
per eas rumpendo uel aperiendo eamdem penam soluere teneatur
Detemptus uero in palatio pro aliqua condemnatione, uel debito
uel delicto per eum commisso, uel aliqua alia de causa per pote-
statem dicti castri sine licentia ipsius potestatis, nullatenus ex eo
exire presumat pena uiginti solidorum, et minus discretione
Potestatis, et consiliariorum, et secundum penam sibi impositam
per ipsum Potestatem.

De auxilio prestando Potestati.

Potestas castri Montis cabionis possit teneatur, et debeat manibus

proprijs capere, et capi facere per alios quoscunque de dicto castro omnes exbanditos, et condemnatos Civitatis Urbisveteris et dicti castri et omnes, et singulos homines de dicto castro, qui committerent aliquod maleficium, vel excessum, et ipsos mictere, et micti facere per quoscunque eidem Potestati placuerit in cippis comunis dicti castri, et ipsos detinere donec penam, et condemnationem solverint. Statuentes etiam quod ad omnem requisitionem dicti potestatis, omnes, et singuli homines de dicto castro, et eius destrictu teneantur, et debeant ipsum ciriare ad capiendos eos delinquentes, et eidem ad predicta exequenda dare, et prestare auxilium, et favorem pena quinque librarum den: pro quolibet

De duplicatione penarum

Omnes pene quorumcunque delictorum maleficiorum, et damnorum datorum duplicentur de nocte, et nox intelligatur ab ortu solis usque ad occasum. Triplicentur tamen pene maleficiorum, delictorum commissorum in personam Potestatis vel contra Potestatem dicti castri. Duplicentur tamen omnes pene maleficiorum, et delictorum commissorum in personam Consiliariorum, et Camerarij comunis. Duplicentur etiam pene in platea, et in palatio comunis, et in Ecclesia. Duplicentur etiam pene quando committeretur, et fieret coram Potestate, et etiam coram Consiliarijs comunis.

De mitigatione penarum

Accusatus denumptiatus, vel inquisitus de aliquo maleficio excessu vel delicto comparens in iudicio coram potestate dicti castri ante eius denumptiationem. Si in prima eius excusatione confitens fuerit

maleficium. seu delictum de quo proceditur contra eum diminuatur
ei quarta pars pene in qua veniret condemnandus per formam Sta=
tutorum dicti de tali maleficio vel delicto si maleficium, vel
delictum confitetur. Et si pacem habuerit cum offenso infra decem
dies a die excusationis facte, et eam produxerit coram Potestatem per
publicum instrumentum de tali maleficio, et delicto diminuatur
sibi alia quarta parte pene in qua veniret condemnandus de ipso
maleficio si pacem non haberet. Quicunq autem fuerit condem=
natus pecunialiter de aliquo maleficio, vel delicto, et condem=
nationem de se factam pecuniariam solverit in pecunia nume=
rata infra decem dies a die condemnationis de eo facte B. tres par=
tes dicte sue condemnationis alia quarta pars pene eidem pe=
nitus remittatur, nec ipsam quartam partem solvere teneatur
Et predicta dicta non habeant locum in furtis, nec in damnis
datis, nec in blasfemijs dei, et sanctorum, et Sanctarum nec in
alijs casibus ubi Statutum expresse loqueretur in contrarium.

De procedendo in maleficijs de similibus ad similia.

Si quod maleficium excessum vel delictum committeretur per aliquem
de cuius pena non reperiretur in presenti volumine Statutorum ex=
pressa mentio, procedatur de similibus ad similia, et si talis simi=
litudo non haberetur procedatur secundum discretionem Potestatis
et Consiliariorum. In damnis datis vero si talis similitudo non repe=
riretur delinquens arbitrio Potestatis condemnaretur.

Quod Potestas possit inquirere super Maleficijs, et damnis datis

Potestas possit inquirere debeat, et teneatur ex officio curie, et ad petitionem cuiuslibet petentis inquirere super inquisitionem procedere possit per tres menses ante principium officij sui antecessoris et super omnibus, et singulis maleficijs excessibus, et delictis damnis datis, et super omnibus capitulis presentis Statuti in quibuscunque inquiruntur, et super omnes repertos culpabiles punire, et condemnare, et penas exigere iuxta formam presentis Statuti, addito huic capitulo quod ad probationem inquisitionum damnorum datorum sufficiat attestatio, et probatio unius testis idonei in qualibet quantitate dummodo sit maior decem annorum.

pris capitulum fuit reformatum ut infra in fine tabule sub die xx octobris 1592 [illegible]

De pena non parentis mandatis Potestatis

Item statuimus, et ordinamus quod Potestas dicti castri possit imponere penam inobedienti ubicunque in quantitatem viginti solidorum pro quolibet precepto per eum, vel eius mandato facto, et qualibet vice dummodo uno, et eodem die non possit procedere ad dictam penam nisi bis, et nihilhominus teneatur obedire, et hoc si mandatum fuerit pro facto comunis, et ipsius Potestatis, et pro honore cuiusdem salvo semper vera, et legitima excusatione, et minus arbitrio dicti Potestatis.

De pena minorum decem annis maleficium committens

Minor decem annis non tamen doli capax Maleficium aliquid reale vel personale committentes solvat decem solidos nomine pene sine aliqua diminutione. Si vero fuerit doli capax solvat quartam partem pene eius, quod solveret maior quatuordecim annis et

maleficium committeret, et minus arbitrio Potestatis, et Consiliariorum qui habeant declarare utrum talis minor sit doli capax, nec ne in tali maleficio patienti damnum debeat emendare, de cuius vero etate credatur iuramento patris, matris, vel duorum proximiorum consanguineorum ipsius, et si tamen minor doli capax aliquod Comicidium commiserit, remaneat, et stetur in arbitrio Ill.mi Dnor. Conservator. Ill.mi Civitatis Urbisveteris, et totius Consilij eiusdem Civitatis, de damnis datis vero debitam penam soluere teneatur.

De pena devastantis Cupellos apium alterius.

Cupellos alterius cum melle quicunq devastaverit aut ipsos acceperit vel destruxerit apes alterius soluat pene nomine pro quolibet cupello quinq libras den. liceat tamen cuilibet examen suum apium colligere ubicunq fuerit sine pena. Examen vero si quis colligerit aut acceperit de re alterius, vel in aliquo arbore vacuo sine licentia domini rei soluat nomine pene viginti solidos, et in quolibet casum predictorum damnum inferens patienti dãnum debeat emendare.

De pena non permittentis se pignorari.

Baiulitoribus comunis cum missi fuerint per Potestatem, et curiam dicti comunis quicunq non permiserit se pignorari soluat nomine pene quinquaginta solidos den. sine aliqua diminutione, et de facto Si vero hostium domus clauserit soluat eamdem penam, et ut supra

De pena non trahentis ad rumorem.

Quilibet de dicto castro, et eius districtu teneatur et debeat trahere

ad rumorem in quocunque loco rumor fuerit in contrata dicti castri
et eius districtu, et quicunque contrafecerit solvat nomine pene viginti
solidos den.: et de nocte duplum.

De pena extrahentis, vel suffocantis aliquem terminum.

Quicunque miserit aut extraxerit, vel suffocaverit terminum inter
se, et vicinum vel consortem eius sine licentia dicti sui vicini vel
consortis solvat pro quolibet termino, et qualibet vice decem libras
den.: sine aliqua diminutione, et de facto. Si vero boves arando
terminum extraxerint aliquem, teneatur statim remictere, et po-
nere in eodem statu una cum vicino suo, vel consorte suo supradicto
ad quem spectaret terminus si presens esset, sed si non esset presens
teneatur tunc vocare duos vicinos contrate si sunt, vel unum
ad minus coram quo dictum terminum in suo statu reponat.

De pena intrantis vel exeuntis aliunde quam per portas.

Nulla persona audeat, vel presumat intrare, vel exire dicti castri
de die, vel de nocte aliunde quam per portas postquam dicte porte fuerint clause
nec etiam desuper, vel subter nec aliunde quocunque, vel qualitercunque
pena decem lib. den.: sine aliqua diminutione, si vero fuerit
forensis, et non habitetur in dicto castro solvat nomine pene
viginti quinque libras sine aliqua diminutione.

Quod Potestas teneatur licentiare, et eos qui ei displicerent.

Omnes, et singulos homines, et personas male conditionis, et fame
et maxime de Statu Civitatis Urbisveteris Potestas dicti castri un-

29v

culo iuramenti teneatur, et debeat licentiare, et expellere de dicto castro, et eius destrictu, nec ad posse eos morari, permanere in dicto castro, et eius destrictu, immo statim facto eisdem precepto per dictum Potestatem habeant discedere sine mora, et si non disce-derent incontinenti, teneatur dictus Potestas mictere rumore et vocare homines ad capiendum ipsos homines male fame ad ducendum ipsos ad Palatium, et qui non iuvaret ipsum Pote-statem ad predicta faciendum solvat nomine pene decem lib. dena: sine diminutione –

Quod Potestas teneatur facere executione de omnibus condenationibus

Statuimus, et ordinamus quod Potestas dicti castri teneatur, et debeat facere executionem de omnibus et singulis condemnationibus male-ficiorum extraordinariorum, et quorumcunque aliorum delictorum datis factis, et latis tempore sui precessori de quibus executio comode fieri potest –

De pena intrantis palatium cum armis –

Nulla persona de dicto castro, vel eius destrictu nec forensis audeat vel presumat intrare in palatio comunis cum aliqua genere armorum ad penam viginti librorum sine aliqua diminutione, et de facto –

De renumptiationibus accuse sive abolitionibus accuse et earum mitigatione –

Si quis voluerit renumptiare accusis, vel accuse cuiuscunque conditionis existat in qua contineretur delictum de quo solvere deberet centum solidos, et ab inde supra solvat pro renumptiatione

nice abolitione solidos decem dena: Potestati. A centum vero solidis usque a triginta solvat dicto Potestati solidos quinque. Ab inde vero infra solvat arbitrio Potestatis — Ut in dannis datis &

De partibus contingentibus Potestati —

Statuimus, et ordinamus quod Potestas dicti castri qui pro tempore fuerit cuiuscumque status existat de omnibus penis, et condemnationibus suo tempore latis, et factis at ceram de vetoribus — medietatem habeat de omnibus inquisitionibus damnorum datorum et maleficiorum, et alia medietas sit comunis dicti castri de omnibus vero accusis coram eo factis, et productis habeat, et habere debeat quartam partem, et non plus, alia quarta sit dicti accusatoris, et medietas sit comunis excepto quod de pena camerarij renumptiantis officium de qua pena dictus Potestas nihil habeat habere, et similiter de omnibus renumptiationibus officium —

INCIPIT. LIBER QVARTVS. extraordinariorum

De festiuitatibus celebrandis —

Nemo laboret, nec aliquid laborij uitium faciat, uel artem, uel carreget cum bestijs, nec salmam cum eis portet in festiuitatibus Sanctorum, et diebus dominicis, et Pascalibus, nec in aliquo festo Sancte Marie Virginis in festiuitatibus beatorum apostolorum Petri, et Pauli, et omnium aliorum apostolorum Santi Egidij S.ti Michaelis Arcangeli, S.ti Laurentij, S.ti Antonij de Mense Januarij, Sancte Marie Magdalene S.te Caterine, S.te Lucie, et omnibus diebus ueneris de mense Martij pena uiginti solidorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice. Liceat tamen [illegible] erbam cuiuscunque uel frondes facere et portare bladum ex aia, pistare uuas imbottare, linum, et canapem de gurgis trahere, granum messum accogliere sine pena. Et Potestas teneatur dictas festiuitates de sero precedenti, uel de mane hora congrua bannire facere, quod si non fecerit ad penam aliquam nullatenus teneatur, saluo quod in diebus Pascalibus, Natiuitatis Jesu Xpi, et diebus dominicalibus bannire facere nullatenus teneatur ~~et~~ alijs ~~[illegible]~~

De pena non facientis opus comunis quando fuit sibi preceptum uel bannitum

Opus comunis quando preceptum fuerit siue bannitum mandato Potestatis siquis non fecerit, nec fuerit ad faciendum soluat nomine pene decem solidos denariorum pro quolibet, et qualibet uice, et nihilominus dictum opus facere teneatur —

De pena ludentis ad ludum taxillorum —

Nemo ludat ad ludum taxillorum, uel ad aliud ludum, ad quod denarij

uel aliæ res perdantur, uel uincantur in castro Montis cabionis uel eius destrictu ad penam centum solidorum den. pro quolibet, et qualibet uice. Receptator uero ludi, uel qui lusoribus pecuniam mutuauerit etiã quilibet ipsorum soluat eamdem penam, et nihilominus de eo quod uinceretur uel perderetur, uel mutuaretur nullum ius reddatur, nec dictus talis actionem habeat petendi, uel repetendi, et ille intelligatur receptator ludi qui biscontrauerit, aut teneretur, aut aliquid lucrum haberent a lusoribus, aut ipsos receptaret, in domo uel taberna. liceat tamen cuilibet ludere ad tabulas cum taxillis cum totis tabulis possit etiã ludi ad pallam, ad ludum triumphorum magnorum, et etiam ad morram ludi possit, vinum causa bibendi sine aliqua pena –

De mensuris, et ordine uendendi uinum –

Salmam uini esse debeat quinquaginta quatuor petictorũ ad mensuram comunis Ciuitatis Vrbisuetoris, et quilibet cum tali salma, et mensura uendere, et emere teneatur ad penam quatraginta solidorum. Et si quis uendiderit uinum cum mensuris non adiustatis, et non sigillatis sigillo Comunis Ciuitatis Vrbisuetris soluat pro qualibet mensura et qualibet uice decem solidos den. Et teneatur dictus Potestas ad penam quinque librarum semel in mense rimari omnia loca in quibus vinũ uenditur ad minutum, et repertos culpabiles punire pena predicta. Et quilibet uinum uendere teneatur retinere petictum medium petictum, terzum, et foglietam pena quinque solidos pro qualibet mensura et cum alijs mensuris mensurare non possit pena decem solidorũ et

teneatur dare dictas mensuras plenas usq. ad summu[m] pena quinq.
solid: et quilibet uinum uendens teneatur, et debeat in principio
cuiuslibet potestatis adiustari facere omnes mensuras, et habeat pro
qualibet mensura sex dena: —

De pena macellariorum, et carnes uendentium —

Macellarij, et carnes uendentes in dicto castro non uendant carnes alicui
unam pro alia, nec carnes granellosas, morticinas infectas morbosas, nec
infirmas, et qui contrafecerit soluat nomine pene quinq. libras dena: pro
quolibet, et qualibet uice, et nullus uendat, nec uendere faciat, nec intus
dictum castrum apportet pro uendendo carnes morticinas, uel allupatas
et qui contrafecerit soluat nomine pene uice qualibet uiginti solidos
sed dicte carnes uendantur, et uendi debeant ad portas dicti castri.
Et quilibet carnaiolus, et carnes uendens teneatur habere, et retinere
bilancias, nec Stateram sigillatas sigillo comunis ciuitatis Urbinatus:
cum quibus debeat uendere dictas carnes pena predicta. Teneaturq.
dictus macellarius, et carnes uendens dare iustum pondus ad penam
decem solidos, pro quolibet, et qualibet uice, et quilibet possit accu=
sare, et credatur eius accuse cum uno teste bone fame. Et si nullus
uendat, nec retineat simul in eodem banco, uel apotheca, nec in arcone
carnes porci cum carnibus troie nec carnes agni pecudis uel capre
cum carnibus castrati pena uiginti solid: dena: Capatie, et peducci
porci, et troie uendantur medio pretio ad penam decem solid: Et omnia
alia teneantur dicti carnaioli obseruare prout in capitulis continetur.

et fiunt quando dictum macellum emitat ad penam in eis contentam.

De pena auferentium de steccionibus steccati, uel bertescarum.

Signamina steccati bertiscarum, uel degraticulis dicti comunis si quis acceperit soluat nomine pene uiginti solidos den.: pro quolibet, et qualibet uice. Sbarras uero, uel lignamina sbarrarum hedificatarum tempore guerre, uel refectionis in dicto castro uel destrictu si quis inciserit, deua=stauerit, portauerit, uel eas combustas fecerit soluat nomine pene pro quolibet, et qualibet uice quinque libras den.: sine aliqua dimi=nutione, et nihilominus ad ipsam ignem seu ipsas uel ipsos reficiendum de facto cogatur.

De pena incigliantium linum uel canapem intus dic=tum castrum.

Statutarij predicti statuerunt, et ordinauerunt quod nulla quouis persona possit, nec quoquo modo debeat incigliare, nec inciglari facere linum uel canapem cum macellis infra muros castellanos castri Monteri=cabionis, ad penam decem solidorum pro quolibet contrafaciente, et qualibet uice.

De pena facientis sciacquatorium in uia publica.

Item statuerunt, et ordinauerunt quod nulla persona que habitaret in dicto castro in strata publica, ipsius castri audeat uel presumat facere aliquid sciacquatorium aetum ad proiciendum lauaturam seu aliquam aliam turpedinem, quod exeat in strata publica, uel quod alicui uicino faciat impedimentum ad penam quadraginta solid. Et si quid factum esset debeat illico amoueri infra decem dies postquam sibi mandatum fuerit per Potestatem ad penam predictam liceat tamen

cuilibet facere posse dummodo sint coperta, et murata, ita quod non vi=
deantur, et in strata publica non appareant quoquo modo. De pena be=
stiarum euntium per tectos, et ipsas non retinentium clausas de nocte.
Nulla bestia caprina, porcina, et pecudina non possit nec debeat ire, nec stare
neque per tectis alterius, vel cappannes intus in dicto castro ad penam
quinque solidorum pro qualibet, et qualibet vice, et quod omnes bestias
predictas habentes teneantur ipsas bestias, postquam foris venire fuerint
retinere, et reclausare tenere de nocte ad penam predictam.

De pena porcorum euntium per castrum.

Bestie porcine non possint quoquomodo per castrum Montiscabionis sine
custode, nec aliquis ipsos porcos ire permictant de die nec de nocte ad
penam ~~[illegible]~~ decem solidorum pro qualibet, et qualibet vice.

De pena proicientes immunditias in viis comunis vel vicinalibus.
Si quis proiecerit immunditias vel aliquam aliam turpedinem seu lita=
men, vel aliam rem putridam in viis comunis, vel retibus vicinalibus
solvat nomine pene viginti solidos denariorum vice qualibet. Et quilibet de
predictis possit accusare. Nullus autem proiciat in viis comunis terracios
tebulas mactones, vel lapides, ad penam predictam. Et nihilominus
qui talia proiecerit teneatur elevare in termino duorum dierum, ad
penam predictam. De pace et concordia tenenda in castro Montiscabionis.
Si qua discordia esset inter aliquos de castro Montiscabionis, et eius de=
strictu Potestas dicti castri una cum Consiliariis comunis teneatur, et
debeat ipsos facere pacificari. Et qui essent ipsam pacem facere solvat

nomine pene decem libras dena: De Consilio fiendo de mense Octobris super facto vendemmiarum —

Potestas castri Montiscabionis qui pro tempore fuerit teneatur et debeat vinculo iuramenti, ad penam quinque librarum dena: de suo salario retinendo omni anno in Kalendis mensis Octobris facere congregari Consilium dicti castri, et in dicto Consilio proponere de vendemmijs fiendis, et quicquid stabilitum, et deliberatum fuerit per Consilium valeat pleno iure Siquis autem de dicto castro, vel qui vineas haberet in pleberio ipsius castri vendemmiaverit ante tempus deliberatum solvat nomine pene decem lib: dena: sine diminutione aliqua, et quilibet possit accusare —

De pena immittentis cursum aquarum —

Nulla persona dirigat aquam sue possessionis in possessione alterius, nec per viam comunis vel vicinalis, immo debeat ipsam recolligere in se, et non offendat possessorem sui vicini vel vias comunis, seu vicinales, et qui contrafecerit solvat nomine pene viginti solidos dena: et ipsam aquam in dicto primo suo cursu reponere debeat in termino decem dierum ad penam predictam — De pena proicientis bestiam mortuam infra castrum, vel in vijs publicis

Bestiam mortuam prope vijs publicis intus et extra castrum Montis cabionis nullus proiciat pena viginti solid. dena.

nihilominus statim elevare teneatur —

Quod illi pro quibus cõe fuerit obligatus teneatur in otto menses extrahere cõe de fideiussione

Si comune dicti castri Montis cabionis esset obligatus alicui occasione dena: acceptorum sub mutuo quod talis per quem dictum comune obligatus est teneatur, et debeat dictum comune trahi, a dicta obli=gatione infra otto Menses proxime futuros, a die obligationis antea ad penam centum solid: et quilibet possit accusare, et credatur iu=ramento accusatoris cum duobus testibus bone fame, et habeat quar=tam partem banni — Et si quis consiliarius dicti castri dixerit, et consuluerit quod talis pena suspendatur, vel dimittatur soluat eandem penam —

Quod comune non possit pro aliquo obligari —

Comune Montis cabionis non possit nec debeat se pro aliqua persona obligari nulla de causa excetto quod si aliquis allibratus dicti Co=munis esset in preiudicium persone sue, vel membri occasione alicuius malefitij per eum commissi. Et si quis Consiliarius dicti comunis dixerit, vel consuluerit in Consilio vel arrenga, et iverit ad dicitorium, quod talis obligatio fieret soluat nomine pene centum solid: dena: et Potestas qui pro tempore fuerit super predictis omnibus habeat plenam inquisitionem, et arbitrium puniendi secundum formam presentis capituli, et habeat quar=tam partem banni —

De vijs comunis terminandis —

Vie omnes comunis, et strate publice sint, et esse debeant ample decem pedum vie vicinales habentes exitum sint latitudinis

sex pedum. Alie uero uie vicinales non habentes exitum sint
latitudinis trium pedum, et si plus essent conseruentur, et si minus
amplientur, et terminentur per terminatores comunis ad petitio=
nem cuiuslibet petentis in quacunque uia inuenerint ad effectum
aliquem teneantur Potestas dicti comunis, et terminatores predicti
facere reactari per illum, uel illos quem aut quos spectare ui=
debitur. Et cuicunque seu quibuscunque mandatum fuerit secundum
declarationem terminatorum predictorum quod uiam ali=
quam aptent, uel aptet et non aptauerint infra quindecim
dies post mandatum eis factum soluat quilibet, et qualibet uice
uiginti solidos den. et nihilominus aptare teneantur. cuius
pene quarta pars sit uicarij quarta pars sit dictorum termi=
natorum. Reliquae uero duae partes sint comunis predicti.

34

INCIPIT. LIBER QVINTVS. damnorum datorum

De citationibus, et terminis in damnis datis

Accusatus, uel inquisitus occasione damnorum datorum citetur per balitorem comunis semel personaliter uel duabus uicibus domi eius solite habitationis et si comparuerit assignetur terminus quinque dierum ad defensam ipsius faciendam quam si non fecerit in termino citationis non comparuerit condemnetur in debita quantitate pene secundum formam Statuti: et ordinamentorum: et Potestas teneatur duobus diebus antequam ferat sententias facere banniri per baiulum dicti castri in locis publicis et consuetis dicti castri quod quicumque habuerit aliquid facere coram dicto Potestate occasione damnorum datorum ueniat ad se excusandum, et defendendum ab accusis uel inquisitionibus formatis contra eum infra terminum supradictum duorum dierum ultra terminum supradictum quinque dierum eidem assignandum per Potestatem predictum. Et si quis comparuerit in terminum supradictum quod Potestas predictus teneatur recipere et admictere debeat excusationem ad penam centum solidorum denariorum

De pena non probantis accusam in damnis datis

Quicumque accusauerit aliquem de aliquo damno dato, et dictam accusam non probauerit, et accusatus erit centum solid: et ab inde infra soluat accusator quinque solid: denariorum: et si fuerit a centum supra usque ad decem lib: solid: decem, a decem uero lib: supra soluat nomine pene sol: xx den:

Quod una pena soluatur in pluribus rebus existentibus in eadem possessione

Si in aliqua uinea, uel horto, uel alia possessione damnum aliquod daretur per aliquem personaliter, uel cum bestijs in pluribus rebus existentibus in una, et eadem possessione, quod in aliquo dictorum casuum non soluantur, nisi una pena tantum lb. que maior esset in dictis locis pro bestijs, uel personis, que reperirentur damnum dedisse, in locis predictis, uel aliquo predictorum.

De licentia bonorum danda

Licentiam de bonis proprijs, et fructibus nullus dare possit nisi dominus rei nec alij autem de domo, sine ipsius dñi licentia alicui nullo modo concedant. Licentia data de uineis dum sint sine non ualeat nisi ea die qua data fuerit, alie uero licentie ualeant toto tempore Potestatis qui est in officio, tempore quo data fuerit licentia, et non plus, et nulla licentia dari possit de uineis pro bestijs, et si daretur non ualeat, et nulla licentia ualeat alicui pro se, uel bestijs de damno dato noctis tempore. Filij ad bona patris uxor ad bona mariti, et quilibet de familia, et familiares in eadem familia existentes, et quilibet de domo ad bona dominorum ac etiam laboratores ad bona aliena que laborarent possint alios secum, ducere. Statuentes quod nulla licentia ualeat nisi reperiretur scriptam per Potestatem dicti castri, et d. Potestas teneatur scribere dictam licentiam sine aliquo salario in quodam libro per eum fiendo ad petitionem cuiuslibet petentis, et predicta non extendant de licentijs uinearum, nec de hominibus mensis et opera

de die in diem, quibus licentia valeat sine scriptura Potestatis pre=
libati. Et cuilibet licitum sit vendere herbam existentem in vineis suis
pro bestijs, et poma, et fructus existentes in vineis, et alijs possessionibus
et ementes possint dictam herbam, et poma, et fructus predictos
ire ad colligendum secundum scriptura licentie predicte.

De custodibus celatis

Ad refrenandum bonorum depopulatores, et quoscunque alios damnifi=
cantes in bonis alienis Statutarij predicti ordinauerunt, et firma=
uerunt, quod anno quolibet de mense Augusti ante festum Sancte
marie eiusdem mensis Consiliarij dicti comunis qui sunt, et pro tempore
fuerint teneantur, et debeant vinculo iuramenti, et Potestas dicti
castri astringat eos dare eligere, et deputare ubi Potestati singulis
singulariter nominando seorsum in secreto, octos bonos, et fide
dignos homines de dicto castro Montis cabionis, et ibidem incolas
esse custodes secretos, et celatos super referendis accusandis, et re=
portandis ipsi Potestati damnum dantes quocunque et qualitercunque
in bonis, et possessionibus castri Montis cabionis, et eius districtus
qui octo custodes celati singulariter, et diuisim debeant promictere
et iurent eorum officium bene sollicite, et legaliter facere, damnaque
viderint inferre cum personis siue cum bestijs in bonis, et posses=
sionibus castri Montiscabionis, et eius districtus, et omnes, et singu=
los delinquentes contra formam statuti castri predicti Potestati
reportare, et dicere damnum dati, siue delicti commissi declarare

bona fide, et omni fraude cessante, vel malitia, et teneatur eis cre=
dentia, quorum custodum, et cuiuslibet ipsorum dicto, et relationi
stetur, et credatur sine alia probatione usque in quantitate quatra=
ginta solidos, nisi accusatus ab eis fecerit suam legitimam excu=
sationem. Et quod Potestas teneatur ad omnem petitionem consi=
liariorum revelare eis accusas, et inquisitiones dictorum cu=
stodium celatorum. Et de omnibus accusis, et denuntijs pendis
per eos licerentur ipsi custodes vel quilibet ipsorum de sua accusa
quartam partem pena: quam solverit accusatus, et aliam quarta
partem pene habeat Potestas, et medietas ipsius pene applicetur
comuni Montiscabionis, quas penas exigat Potestas, et partem
dictorum custodum recipiat eisdem ut tangit fideliter in eodem
Officium autem ipsorum custodum duret, et sit a festo Sancte Marie
de Mense Augusti usque ad festum omnium sanctorum illius anni.

De pena accusantes de alijs bonis quam de suis [illegible]

Quicumque de dicto castro Montiscabionis, vel eius districtu accusaverit
aliquem de dicto castro de bonis, et rebus alterius preterquam laborator
rei conducte, vel nisi sit officialis, vel balitor comunis dicti castri non
audiatur, et eius accusa non valeat nec teneat, et quicumque accusaverit
aliquem de suis bonis, [illegible] tam accusam non probaverit ad penam
talionis teneatur. De pena accusantes de [illegible]

alijs suis bonis, et non fuerint dicta bona ut [illegible]

Si quis aliquem accusaverit de orto, vel vinea, vel alijs suis bonis

36 v

et resdequa accusaret non esset in eo statu in quo eam poneret tempore accuse per talem accusatorem porrecte coram Potestate dicti castri vz. quod si diceret de orto, et non esset ortus ubi non essent tune olera, vel eius similia teneatur, et debeat solvere illam penam quam solveret accusatus si contenta in dicta tali accusa essent vera, et vere probata in continenti sine aliqua diminutione, et iuris solemnitate, et dictus accusatus sit a tali accusa totaliter absolutus.

Quod accusatus non possit accusatorem accusare nisi elapsis octo diebus a die responsionis.

Accusatus de aliquo maleficio damno dato, vel aliquo quocumque excessu non possit dictum talem qui eum accusavit, accusare de aliquo inde ad octo dies proxime subsequentes, a die responsionis facte per eum super accusa facta de eo, et si aliter accusaret eius accusa non valeat, nec teneat ipso iure. Et predicta locum non habeant in accusationibus publicorum criminum seu iudiciorum.

Quod nemo fodiat ceppos de comunalijs comunis.

Ceppos de communalijs comunis castri predicti sub terra nulla persona debeat fodere ad penam centum solid. pro qualibet soma, et quilibet possit accusare, et habeat quartam partem banni, et stetur sacramento accusatoris cum uno teste bone fame.

De pena colligentis paleam alterius.

Paleam de quercu alterius nemo colligat vel excutiat pena viginti sol. pro qualibet vice, et quolibet contrafaciente, et quilibet ac:

cusare possit, et habeat quartam partem banni.

De pena bestiarum damnum dantium ad poma alterius.

Poma sub arbore alterius, uel alibi bestie non commedat pena decem solidorum pro qualibet bestia saluo si dominus arboris, uel pomorum iurauerit quod arborem tempore damni dati habuerit pro excussa uel derelicta. De nucibus uero per totum mensem septembris soluatur pena, et non ultra. Bestie comedentes poma cadentia in uia non teneatur ad penam, quicunque uero excusserit, uel scurlauerit arborem alterius super uiam, aut in alio quocunque loco pro bestijs soluat pene nomine quatraginta solidorum dena: et nihil dominus soluat penam bestiarum. Et hoc intelligatur de arboribus domesticis, et quercubus campestribus, de alijs uero siluestribus et in siluis media pena soluatur.

De pena porcorum, et mulierum turbantium fontes.

Porci fontem aliquem non turbent, nec in eo bibant, nec prope ad quindecim pedes stare debeant, uel marari fonte de cuius aque persone biberent pena quinque solid. dena: pro qualibet porco. Et mulieres si pannos lauarent, seu alias sporcitias facerent incidant in penam quinque solid. pro qualibet et qualibet uice.

De pena porcorum damnum dantium in [illegible]

Aream alterius porci non cauent pena quinque solid. pro qualibet porco, et si decaltauerint silicem alicuius ue teneatur dominus ipsorum silicem facere [illegible] suis expensis. Quicunque uero

damnum dederit cum aliquo porco in blado existente in aliqua area ab .a Kalendis mensis Julij usque ad festum sancti Angeli de mense Septembris soluat pene nomine pro quolibet porco quinque sol: dena: alijs uero temporibus sit pen: duodecim dena:

De pena bestiarum minorum sex mensium damnum dantium

Dominus bestiarum minorum sex mensium damnum dantium soluat in quolibet casu medietatem pene et de tempore credatur iuramento domini bestiarum –

De pena colligentis manualiter bladum alterius –

Bladum alterius non messum panicum milium, uel saginam si quis manualiter colligerit soluat de blado qualibet uice quinque solid:, et pro qualibet mappa panici milei, uel sagine xij den:

De pena collentis, seu accipientis, paleas ferum collam uel stramen alterius –

Paleam ferum collam, uel stramen alterius si quis acceperit contra uoluntatem domini soluat, et soluere teneatur, et debeat nomine pene pro quolibet fasce uel crino quinque lib: dena: ab uno fasce, uel crino supra pro quolibet fasce, uel crino quinque lib. dena: et damnum emendet, et credatur iuramento accusatoris usque in quinque libris dena. si accusator iurauerit accipientem inuenisse fragranti crimine –

De pena accipientis sarmenta uites uel palos –

Sarmenta aut uites de uineis alterius si quis acceperit

soluat pro quolibet fasce sarmentorum, uel uitium decem sol. den.
palos alterius siquis acceperit uel asportauerit de uinea alterius
soluat pro quolibet palo duodecim denarios.

De pena incidentis, uel deuastantis pergulam alterius.

Pergulam alterius siquis inciserit, uel aliter deuastauerit
soluat nomine penę decem libras den. et de nocte duplum, et
cuilibet liceat accusare, et credatur accusę ipsius cum proba
tione unius testis, et habeat quartam partem banni, et siquis
colligeret uuas alicuius pergulę alterius soluat penę nomine
duas lib. et nihilhominus patienti damnum debeat emendare.

De pena euntis per rem alterius post prohibitionem.

Nemo uadat per rem alterius postq. per dominum, uel possessorem
rei ubi uetitum fuerit non haberet ius eundi pen. uiginti solid.
den. Et uetatio facta esse intelligatur quando facta esset oretenus
domino domus, seu patri familias, et tunc facta esse intelligatur toti
familię maiori duodecim annis, et fieri debeat dicta uetatio seu
prohibitio coram Potestate dicti castri parte presente, uel citata
una die pro alia. Et quod Potestas teneatur, et debeat ad petitionem
cuilibet petentis scribere in eius libro omnem prohibitionem fiendam
coram eo sine aliquo salario, uel mercede, et ualeat quelibet ueta
tio tantummodo tempore illius officialis cuius tempore facta fuerit.
Bestię uero non intrent rem alterius post prohibitionem factam pen.
sicut de bladis.

De pena bestiarum intrantium vineam alterius, et clausuram

Bestie si intraverint vineam alterius a Kalendis mensis Aprilis usq(ue)
quo vinea fuerit vendemmiata soluat dominus ipsarum pro qua-
libet bestia grossa sexaginta solid: et pro qualibet porco quindecim
solid: a Kalendis vero Augusti donec vinea fuerit vendemmiata
soluat pro qualibet porco triginta solid: dena: Et liceat domino
vinee et cuilibet de sua familia porcum occidere in vinea dicto tem-
pore sine pena, et pro qualibet capra decem solid: de mens. Martij
Aprilis, Maij, et Junij pro qualibet capra sexaginta solid: et pecude
decem solidos, et pro qualibet pullo, vel ansere duodecim denarios, et
liceat domino vinee, et cuilibet de familia occidere pullum, vel
anserem in vinea sine pena. In alijs vero temporibus soluatur
medietas dictarum penarum. Et pro qualibet cane, a festo Sancte
Marie de mense augusti donec vinea fuerit vendemmiata sol-
uat dominus canis viginti solidos, et pro qualibet vice, et in dicto
tempus quilibet habens canem teneatur ipsum retinere ligatum
et quilibet contrafecerit soluat pene nomine decem solid: pro quo-
libet, et qualibet vice. Et si bestie intraverint clausuram alterius
et damnum dederit soluat dominus bestiarum pro qualibet bestia
grossa sexaginta solid: et pro qualibet porco, et capra triginta solidos
pro qualibet pecude duodecim dena: Et clausura intelligatur que
foret a duabus partibus tormis, vel sepe aut muro, vel grepis circum-
data et arboribus domesticis plantata. Additum quod si in dicta clau

essent uites porrum caules, uel olera sit pena de dictis bestijs sicut in uinea
et orto. De pena incidentis arborem domesticam, uel siluestrem aut
in silua, uel segetem alterius aut cannam.

Arborem alterius a pedone domesticam siquis inciserit, uel aliter de=
uastauerit soluat lib. uiginti dena. A pedone uero supra pro quolibet
ramo soluat centum solidos, et ramus intelligatur de illo qui est pedo=
ni applicatus de alijs uero superioribus soluat pene nomine decem so=
lidos. et si cum manu fregerit. uel sdiantauerit ramusculu soluat
quinque solidos pro quolibet. Et si arborem siluestrem inciserit quis
a pedone, uel aliter deuastauerit, et arbor fuerit duarum salmarum
lignorum, et ab inde infra soluat decem libras, et a duabus salmis
supra usque ad decem salmas soluat pene nomine uiginti libras dena.
A decem uero salmis supra soluat. triginta libras dena: et pro quo=
libet ramo pedoni aplicato soluat quinquaginta solid. Et hoc intelli=
gatur de arboribus maioribus a duabus salmis supra, et penam ramorum
non excedat penam incisionis a pedone. Arbores domestice intelligantur
poma, uel fructus a personis comestibiles producentes, et diue-
Et siquis inciserit, uel aliter damnum dederit in saliceto et pioppeto uim=
breseto ulmeto, uel arboribus que essent pro palis soluat pro quolibet
postimine uiginti solid. Cannam alterius ab uena supra siquis
inciserit, uel auulserit soluat pro qualibet duodecim dena. Et
siquis inciserit in silua alterius, uel cerreto, uel aliter damnum
dederit soluat uice qualibet quinquaginta solidos. Et soluat Tu

silue accipere ferramenta sine pena. Quicunq uero acceperit lignamina
grossa incisa ad massam, siue ad catastam factam in siluam, uel
alibi soluat pro qualibet salma uigintiquinq solidos ligna spedata
et non aliter facta siquis acceperit soluat pene nomine decem solid.
frascas non ligatas soluat accipiens pro qualibet salma quinq soli.
et pro qualibet incarca solidos tres. Sepem alterius siquis inci-
serit soluat centum solidos, liceat tamen cuilibet sepem penden-
tem super aliqua uia incidere sine pena, Et in quolibet casuum
predictorum patienti dampnum debeat emendari

De pena auferentium palos, palariccios, frascas seu spinas de sepe [?]

Spinas frascas seu palos, palariccios de sepe alterius siquis ab-
stulerit soluat pene nomine quinq solidos pro quolibet palo seu
palangone, et pro qualibet frasca seu spina, et statim teneatur
dictas res ablatas in pristinum statum reponere, et stetur de
predictis iuramento accusatoris, usq in quantitatem decem solid.
ab inde supra legitime probet. De pena bestiarum de pallareis

Palearum palee uel feni nulla bestia damnificet pen. decem solid. pro
qualibet bestia grossa, et pro qualibet bestia porcina, et pro qualibet
bestia minuta. De pena accipientis poma alterius uel colligentis.

Poma alterius siquis acceperit, uel excusserit soluat qualibet uice
quinquaginta solidos. Colligens, uel excutiens, uel accipiens mala
cotona, grana, pira gentilia, uel mala appiola soluat qualibet
uice eandem penam, et dampnum emendet iuramento patientis

liceat tamen cuilibet poma ramorum pendentium super re sua, vel via comunis, vel vicinalis colligere manualiter sine aliquo arcepicio stando in via sine pena, et cuilibet liceat ramos arborum pendentes super re sua incidere sine pena, et teneatur Potestas ad petitionem cuiuslibet petentis remirari domos in quibus diceretur quod essent poma, uve, vel pali alterius

De pena colligentium arborem comunem sine licentia consortis.

Arborem comunem sine requisitione sui consortis nemo colligat excutiat, vel scurlet, et qui contra fecerit solvat pene nomine qualibet vice viginti solidos den.: et teneatur dare partem de fructibus collectis suo consorti, et si consors postquam fuerit requisitus non iverit ad colligendum arbores predictos nullam penam solvat consors qui collegerit, sed teneatur dare consorti partem dictorum fructuum

De pena bestiarum intrantium campum bladatum alterius

Campum bladatum, vel seminatum alterius nulla bestia intret pen. quatuor solid. pro qualibet bestia grossa, et pro qualibet bestia minuta duos solidos et pro qualibet porco quatuor solidos, de qualibet pullo, vel ansere duodecim denarios, a Kalendis mensis Aprilis donec bladum fuerit accappucciatum, vel abarcaiatum solvantur prilum. Et si bestie damnum darent ad accappucciam vel ad barcaiam solvat dominus ipsarum duodecim solid. pro qualibet bestia grossa, et qualibet porco

De pena mictentium bestias per rem alterius bladatam

Nemo vadat seu transeat cum bestijs per rem alterius bladatam si commode ire poterit per rem suam, vel viam publicam, vel per rem suam vadat, et ire possit per rem alterius ab una parte unde fit minus damnum suo convicino, et contrafaciens solvat qualibet vice pro transitu pro qualibet bestia grossa duos sol: et pro qualibet bestia minuta duodecim dena: et de predictis stetur iuramento accusatoris. Salvo quod si quis haberet ius in dicta re debeat, et possit ire impune.

De pena maiorum septem annis et minorum duodecim personaliter damnum dantium in vineis, et ortis

Maior septem annis, et minor duodecim si damnum aliquod dederit personaliter in blado alterius solvat vice qualibet pene nomine duodecim dena: sed in vineis plenis et ortis cum herbis solvat mediam penam et stetur iuramento accusatoris.

De pena bestiarum damnum dantium ad cannetos vel plantones arborum

* Bestie damnum dantes, ad cannitos, vel plantones seu ad feculneas vel alios cannitos, vel plantones alterius solvat dominus ipsarum pro qualibet bestia grossa, et qualibet capra vice qualibet viginti sol: pro qualibet pecude, et qualibet vice quinque solidos.

De pena bestiarum de Prato et Defensato

Pratum alterius a Kalendis mensis Martij donec fuerit messum nulla bestia intret pena sicut de blado de Defensato media pena solvatur. Porci de porto omni tempore extra banno. Et si bestie damnum darent ad aucellarium frai solvat dominus ipsorum

pro qualibet bestia grossa decem solidos, et pro qualibet bestia minuta
solvatur pena sicut de blado. Statuentes tamen quod quicumque habe-
ret aliquam habitationem, domum capannam, vel aream in suo ter-
ritorio, vel conducto possit, et ubi liceat glisiare terrenum ad qua-
tuor quartengos, et non ultra in tali territorio cum signis apparen-
tibus, et evidentibus, et in alio territorio ubi predicta non essent liceat
cuilibet glisiare in tali suo territorio ad duos quartengos, et non
ultra cum dictis evidentibus signis, et hoc intelligatur de glisiatis a
Kalendis mensis Martij usque ad Kalendas mensis Augusti, et non ultra
et ubi signa non apparerent in glisiatis nulla pena solvatur.

Quod filius familias non possit accusare sine licentia patris in d. d.

Filius familias non possit accusare aliquem de aliquo damno dato sine
licentia patris sui, et si accusaverit non valeat nec teneat eius ac-
cusatio, et processus inde factus, non teneat quo modo.

De emendatione damnorum datorum.

Si quis accusatus fuerit de aliquo damno dato a Potestate, vel a baili-
tore, vel domino rei teneatur, et debeat damnum emendare ad extimatio-
nem damni passi illi cui damnum datum fuerit, et credatur domino rei
usque in quantitatem quinque solid. et ab inde supra stetur dicto extimatorum.

De pena colligentis legumen vel bladum alterius.

Legumen alterius si quis colligeret acciperet, vel mitteret solvat decem
solid. et si grombiatam vel fascinum fecerit solvat viginti solidos
et idem observetur de blado generis cuiuscumque.

De pena bestiarum rodentium sepem alterius

Sepem orti uinee uel clausure alterius si qua bestia corroserit: soluat dominus bestiarum pro qualibet bestia grossa, et qualibet capra, uel yrco, et qualibet uice duodecim dena: et pro qualibet alia bestia minuta sex dena:

De pena bestiarum damnum dantium studiose uel sine pastore

Bestie damnum dantes in bonis alienis sine pastore, uel cum Pastore dormiente, uel eas tenente in possessione, et bonis predictis per aliquod temporis spatium eas non expellendo intelligatur eas studiose tenere que puniatur in duplum eius quo punirentur si damnum dederint alio modo quam predicto

De pena bestiarum damnum dantium ad glandes

Si boues uacce, uel alie bestie grosse damnum dederint ad glandes quando glandes sunt subter quercubus, uel cerris soluat nomine pene quinque solid: pro qualibet bestia. Et idem pena sit quando daret subter dictis. Si uero bestie porcine, et caprine damnum darent in dictis locis, et subter dictis arboribus soluat pro qualibet bestia, et qualibet uice quinque soli: et idem intelligatur de bestijs pecudinis

De pena mittentium ignem, ad sepem alt. et in stipulis suis uel alterius

Quicumque miserit ignem ad sepes uinearum, uel possessionem alterius soluat nomine pene uiginti solidos dena: et damnum emendet. Si quis miserit ignem in silua soluat nomine pene quadraginta solidos. Si uero quis miserit ignem ad palearum, uel fenile soluat nomine pene

